Zum 1. Teil (S. 424)
Zum Inhaltsverzeichnis

26. DE DUCTIBUS
[Sommer 1673]

Überlieferung: L überarbeitetes Konzept: LH 35 II 1 Bl. 229–232. 2 Bog. 2°. 8 S. — Figuren 1–3 nicht vorhanden (Vorlage die entsprechenden Figuren aus N. 21 u. N. 23). Im Laufe der Überarbeitung umfangreiche Änderungen des ursprünglichen Textes vor allem auf dem 1. Bogen (bis S. 448 Z. 11); Hinzufügung von Verweisen auf andere Sätze; substanzielle Ergänzungen (Sätze 4_2, 5_{2-3}, 6_{2-6}, 15, 16; der größte Teil der Abschnitte S. 437 Z. 11 bis S. 439 Z. 16; Fig. 5 nebst den zugehörigen Abschnitten S. 442 Z. 9 – S. 443 Z. 12).
Cc 2, Nr. 697

Datierungsgründe: Das vorliegende sowie das nächstfolgende Stück stützen sich insbesondere auf die Figuren 1–3 von N. 21 und N. 23; sie sind unmittelbare Folgestücke. Beide Studien nehmen wechselseitig aufeinander Bezug.

Catalogus propositionum, quibus ductus
curvilineorum ex circulo natorum, comparantur:



[*Fig. 1*]

$\triangledown^{\mathrm{la}}$ similia: BDA et DCA. $\dfrac{AB}{AD} = \dfrac{AD}{AC} = \dfrac{DB}{DC}$.

sinus versus
diam. $\frown$ abscissa a vertice chorda arcus
AB AC $=$ $AD\,\square$.

15 *Fig. 1 erg. Hrsg. nach Text u. N. 21.*

P r o p. 1. Semicubus [diametri] aequatur summae quadratorum semiparabolae, seu duplo momento semiparabolae ex axe libratae.

diam. sin. chord. chorda complementi

$\dfrac{AB}{AD} = \dfrac{AC}{DC}$. Ergo $AB \frown DC = AD \frown DB$. seu

P r o p. 2. Parabola eiusdem altitudinis ac basi, ducta in se ipsam inverse, aequatur cylindro semicirculi sub diametro. Idem est de portionibus abscissis, quae aequantur cylindris semisegmentorum sub diametro.

chord. sin. chorda complem. sinus versus

$\dfrac{AD}{DB} = \dfrac{AC}{DC}$. Ergo $AD \frown DC = DB \frown AC$. ergo

P r o p. 3. Ductus semicirculi rectus in parabolam aequatur ductui trianguli inverso in eandem, seu momento parabolae ex vertice.

Sed si ductus sit semisegmenti in parabolam, aberit momentum ex vertice abscissae portionis parabolae, per rectam basi parallelam, a basi ipsa AC distantem. Ecce rem admirabilem: semisegmentorum ductus in parabolam q u a d r a r i posse, parabolae in parabolam non posse.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: DCA et BCD. $\dfrac{DB}{AD} = \dfrac{BC}{DC} = \dfrac{DC}{AC}$.

chord. sinus vers. complem. chorda complem. sin.

$AD \frown CB = DB \frown DC$. est quodammodo inversa prioris.

P r o p. 4. Momentum parabolae vel a vertice abscissae portionis ex basi aequari portioni parabolae eiusdem a vertice abscissae inverse, ductae in semisegmentum circuli eiusdem altitudinis.

Praecedens ductus semisegmenti in parabolam erat rectus, posterior est inversus, itemque ductus est q u a d r a b i l i s .

P r o p. 4. n u m. 2. $BC \frown AC = DC\,\square$. quadrata sinuum momentis ex vertice portionum diametri.

[$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia FBA et ABD.] $\dfrac{FB}{AB} = \dfrac{AB}{DB} = \dfrac{FA}{AD}$. $FB =$ secans falsa.

1 radii L *ändert Hrsg.* 10 Ductus *(1)* circuli vel semisegmenti | circularis *nicht gestr.* | inverso *(2)* semicirculi L 25 *(1)* P r o p. 4. n u m. 2: DB ⌒ AC = AD ⌒ BC. seu momentum chordarum supplementi ex basi *(2)* P r o p. 4. L 27 $\bigtriangledown^{\text{la}}$ ... ABD. *erg. Hrsg.* 27 FB = *(1)* chorda compl. aucta tangente arcus dimidii *(2)* secans L

$$\text{Ergo}\quad FB \frown \overset{\text{chord. compl.}}{DB} = \overset{\text{diam.}}{AB\square}.\quad \text{ergo}$$

Prop. 5. Parabola vel portio, seu summa chordarum complem. ducta in se ipsam, seu summa quadratorum parabolae portionisve (quae quadrari potest), aucta eadem parabola, seu summa chordarum arcuum complementalium, in summam FD ducta, aequatur cubo diametri.

Coroll. Cumque quadrata applicatarum parabolae summari possint, si a cubo diametri subtrahantur, residuum erit ductus parabolae inversus in figuram omnium FD. Is ergo ductus poterit quadrari.

Prop. 5. num 2. $FB \frown AD = AB \frown FA$. seu secantes falsae in chordas aequantur diametro in tangentes falsas seu cylindro conchoeidis falsae.

Prop. 5. num 3. $AB \frown AD = DB \frown FA$. diameter in chordas, chordis supplementi in tangentes falsas, seu cylinder parabolicus aequatur ductui inverso parabolico in conchoeidem falsam.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia FDR et DCB. $\dfrac{FR}{DC} = \dfrac{FD}{DB} = \dfrac{AC = RD}{CB}$. Ergo

$$FD \frown \overset{\text{dist. a basi } B}{CB} = \overset{\text{chord. complem.}}{DB} \frown \overset{\text{dist. a basi } A}{AC}.\quad \text{seu}$$

Prop. 6. Momenta FD ex basi (eiusve portionis a vertice abscissae), aequantur momentis figurae chordarum seu parabolae eiusve portionis a basi abscissae, itidem ex basi.

At haec quadrari possunt. Ergo illa quoque.

Coroll. 1. Habetur ergo momentum figurae omnium FD ex basi, quadrabile. Adde inf. prop. 8. coroll.

Coroll. 2. Ergo et solidum revolutione reductum ad cylindrum.

Prop. 6. num. 2. $FR \frown DB = DC \frown FD$. seu [chorda supplementi in differentiam

5 summam *(1)* tangentium arcuum dimidiorum *(2)* FD *L* 8 in *(1)* figuram tangentium dimidiorum *(2)* figuram *L* 17 *Über* FD *gestr.:* tang. dim. *L* 22 figurae *(1)* tangentium dimidiorum tam ex vertice quam ex basi, quadratus *(2)* omnium *L* 24 revolutione *(1)* conchoeidis falsae | contractae *erg.* |, sic enim appellare placet *(2)* | eius *gestr.* | reductum ad cylindrum. | Et | esse *erg.* | aequale *(a)* cylindro sec *(b)* conoeidi parabolico homogeneumque *(c)* conoeidi circulari. *gestr.* | *L* — *Dazu interlinear, gestr.:* Conchoeidem autem falsam voco, cum secans exit non ex centro, sed ex altera diametri extremitate, tangens autem ex una A. ut AH est[,] dat conchoeidem falsam contractam.
25–428,1 sinus in chordam semisupplementi, demto sinu in differentiam sui *L ändert Hrsg.*

sinus] a tangente falsa = sin. $\frown FD$.

Prop. 6. num. 3. $FR \frown CB = DC \frown AC$. seu momenta ex vertice differentiarum inter sinus et tangentes falsas = momentis sinuum ex una diametri extremitate seu vertice circuli, si quadrans non excedatur, seu momenta tangentium falsarum ex basi aequantur momentis sinuum, ex utraque extremitate, id est sinuum cylindro. Add. prop. 2. et coroll. prop. 7. ubi quae huic aequantur.

$\bigtriangledown$la similia: FDR et FAB. Ergo $\dfrac{BF}{DF} = \dfrac{AB}{RD} = \dfrac{AF}{FR}$.

Prop. 6. num 4. $BF \frown RD = DF \frown AB$ secantis falsae momenta a vertice circuli, seu suo quoque aequantur diametro in earum differentias a chordis supplementi, seu cylindro omnium FD.

Secans autem falsa BF componitur ex chorda supplementi BD et ipsa DF seu FD. Ergo cum momentum chordarum supplementi detur, ad quadraturam omnium FD opus erit eorum momento ex circuli vertice.

Prop. 6. num 5. $BF \frown FR = DF \frown AF$. secans falsa in differentiam tangentis falsae a sinu = FD in tangentes falsas.

Prop. 6. num 6. $AB \frown FR = RD \frown AF$. differentia inter tangentem falsam et sinum in diametrum, seu cylinder conchoeidis falsae, demto cylindro portionis circularis, aequatur momento tangentium falsarum ex vertice.

Hoc ergo momentum supponit tetragonismum. Adde prop. 7. et prop. 6. num. 2. nimirum cylinder portionis circularis est momentum tangentium falsarum ex basi.

Semper autem NB. duo momenta, alterum ex vertice, alterum ex basi constituunt cylindrum.

Dictum paulo ante, quod chord. $\frown$ sin. = chord. complem. $\frown$ sin. versus. Ergo

$$\text{sin} = \frac{\text{chord. complem.} \frown \text{sin. vers.}}{\text{chord.}}.$$

Ergo si applicatae semiparabolae basis altitudini aequalis, ex basi sumtae ducantur in rationes sinuum versorum ad applicatas eiusdem parabolae respondentes ex vertice sumtas

3 falsas = *(1)* cylindro sinuum, sub radio. Prop. 6. *(2)* momentis *L* 4 circuli, | quadrabilibus *gestr.* si quadrans non excedatur, *erg.* | seu *L* 27 basis ... sumtae *erg.* *L*

(seu aeque distantes a vertice, ut illae a basi) producentur applicatae quadrantis circuli. Et summa illorum, dabit semisegmenta circularia ex radio abscissa per applicatam.
Aliter: si rationes applicatarum diverse sumtarum, ita tamen ut ex basi sumta sit antecedens, ex vertice sumta consequens, inter se ducantur in sinus versos applicatarum parabolae ex basi sumtarum, a vertice, producentur sinus seu applicatae quadrantis, et ex summa semisegmentum ex radio abscissum vel etiam quadrans.
Sunt autem applicatae parabolae[:]

$$\frac{Rq\,\llcorner a^2-\beta a\lrcorner}{Rq\ \beta a} \qquad \frac{Rq\,\llcorner a^2-2\beta a\lrcorner}{Rq\ 2\beta a} \qquad \frac{Rq\,\llcorner a^2-3\beta a\lrcorner}{Rq\ 3\beta a} \qquad \frac{Rq\,\llcorner a^2-4\beta a\lrcorner}{Rq\ 4\beta a}$$

fiet

$$Rq\,\llcorner\frac{a^2}{\beta a}-1\lrcorner \qquad Rq\,\llcorner\frac{a^2}{2\beta a}-1\lrcorner \qquad Rq\,\llcorner\frac{a^2}{3\beta a}-1\lrcorner$$

seu

$$Rq\,\llcorner\frac{a}{\beta}-1\lrcorner \qquad Rq\,\llcorner\frac{a}{2\beta}-1\lrcorner \qquad Rq\,\llcorner\frac{a}{3\beta}-1\lrcorner \qquad \text{etc.}$$

quae si ducantur in

$$a-\beta \qquad a-2\beta \qquad a-3\beta$$

vel

$$Rq\,\llcorner a^2+\beta^2-2a\beta\lrcorner \qquad Rq\,\llcorner a^2+4\beta^2-4a\beta\lrcorner \qquad Rq\,\llcorner a^2+9\beta^2-6a\beta\lrcorner$$

fient

$$Rq\,\llcorner\frac{a^3}{\beta}+3a\beta-3a^2-\beta^2\lrcorner \qquad \text{etc.}$$

sinus.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: BAF et BCD. $\dfrac{AB}{CB}=\dfrac{AF}{CD}=\dfrac{FB}{DB}$. Ergo
P r o p. 7. $AB \frown CD = CB \frown AF$. seu c y l i n d e r p o r t i o n i s c i r c u l i sub AC

---

18 $\dfrac{a^2+\beta^2-2a\beta}{1}$ — — $\dfrac{a}{\beta}=\dfrac{a^3}{\beta}+a\beta-2a^2$.

$$Rq\,\llcorner\frac{a^3}{\beta}+a\beta-2a^2-a^2-\beta^2+2a\beta\lrcorner \quad \text{sinus.}$$

$$\llcorner\frac{a^3}{\beta}+3a\beta-3a^2-\beta^2\lrcorner Rq.$$

3 f. ita ... consequens *erg. L* 21 CB $\frown$ AF. *(1)* | seu *nicht gestr.* | semicubus radii, vel etiam *(a)* cylinder semiquadrati portionis regulae vel sinus versi *(b)* prisma sinus versi sub radio *(2)* seu c y l i n d e r p o r t i o n i s *(a)* q u a d r a n t i s | sub *nicht gestr.* | radio *(b)* c i r c u l i *(aa)* altitudine AC *(bb)* sub *L*

a vertice abscissa, aequatur momento tangentium duplorum arcuum dimidiatorum seu distantiis earum a basi.

Intelligendum est enim AF applicatam esse ubi est CD. basis eius seu maxima applicabitur in B. ergo CB. est applicatae distantia a basi; est autem AF tangentis arcus dimidii, AH duplum. Cylinder ergo portionis ACD sub AC aequatur momentis omnium AF applicatarum ad AC.

Coroll. Hinc momentum chonchoeidis falsae ex basi, et ductus parabolico-parabolicus inversus aequantur per prop. hanc iuncta prop. 2. adde prop. 6 num. 3. et prop. 19.

Pergendum in his aequationibus: $\dfrac{AB}{CB} = \dfrac{AF}{CD} = \dfrac{FB}{DB}$. Ergo

diam. chord. complem. sin. vers. chord. compl. + $[FD]$

$AB \frown DB = CB \frown FB$. Ergo

Prop. 8. Cylinder cuius basis portio semiparabolae a basi per applicatam abscissae, altitudo diameter, aequatur summae momentorum ex basi, tam chordarum, seu portionis parabolicae a basi per applicatam abscissae, quam omnium FD, seu portionis figurae omnium FD a vertice abscissae.

Coroll. Hinc rursus quadratura momenti figurae omnium FD. ut et supra prop. 6. coroll.

---

1 seu momento conchoeidis falsae

6 f. ad AC. | At cum AF sit duplum FD. *(1)* et momen *(2)* vel AH. tangentium dimidiorum, seu applicatarum conchoeidis falsae contractae, et ostenderimus tangentium dimidiorum momentum aequari momento portionis parabolae a vertice abscissae, ex basi. Ergo cylinder portionis circularis, momento parabolico aequaretur. Quod si verum esset haberetur non tantum *(a)* qua *(b)* tetragonismus sed et goniotomia |. Et certe nondum invenio errorem. *gestr.* | modo haberi possit centrum gravitatis portionis semiparabolae a basi per applicatam abscissae.



Sin minus habetur saltem tetragonismus arithmeticus, *(aa)* isque non per approximationes, sed exactus, *(bb)* nimirum per infinitam seriem numerorum rationalium quod hactenus in circulo potuit nemo. Et quod est admirabilius, datur sectio angulorum universalis, seu inventio quotcunque proportionalium methodo eadem. *gestr.* | Coroll. *L*

8 inversus *(1)* quadrari possunt *(2)* aequantur *L* 11 tang. arcus dimid. *L ändert Hrsg.* 15 quam *(1)* tangentium arcuum dimidiorum, seu conchoeidis falsae contractae *(2)* omnium *L* 17 momenti *(1)* conchoeidis falsae contractae. *(2)* figurae *L* 19 falsae | (protractae) *gestr.* | *L*

$\overset{\text{dupl. tang. arcus dimid.}}{AF} \frown \overset{\text{chord. compl.}}{DB} = \overset{\text{sin}}{CD} \frown \overset{\text{chord. compl.} + FD}{FB}.$ Ergo

P r o p. 9. Portio conchoeidis falsae a vertice abscissae, ducta in portionem semiparabolae a basi abscissae, aequatur portionis semicirculi a vertice abscissae, ductui in semiparabolicam a basi abscissae, demto ductu eiusdem portionis semicirculi in figurae omnium FD portionem a vertice abscissam. Eadem omnium portionum altitudine (AC) supposita.

Iam ductus parabolico-circularis quadrari potest, prop. 3. Ergo ductus parabolicus in conchoeidem falsam demto ductu circulari in fig. FD q u a d r a r i potest.

Antequam autem ad novas aequationes procedamus operae pretium est resumere atque examinare alibi iam explicatas, ac uno velut obtutu oculis sistere.

Diximus supra $FD \frown \overset{\text{chord. compl.}}{DB}$ quadrari posse.

At quia etiam $\dfrac{FD}{DB} = \dfrac{DR = AC}{CB}$ portio regulae a vertice port. circ. / altera portio seu supplementum regulae.

Ergo $FD \frown CB = DB \frown AC$. ut iam habuimus. Ergo $FD = \dfrac{AC \frown DB}{CB}$. Ergo $\dfrac{AC \frown DB}{CB} \frown DB = FD \frown DB$. Ergo

P r o p. 10. $\dfrac{AC \frown \square DB}{CB} = FD \frown DB.$ seu [solido] dato quia $FD \frown DB$ quadrabile est, sup. prop. 5. coroll.

---

3 NB. cum c o n c h o e i d e m dico, intelligo exemta circuli generatoris portione. Cum de ductibus loquor, intelligo iisdem regulae portionibus seu altitudinibus assumtis; et quod de totis, idem de partibus per applicatas abscissis intelligo.

1 chord. compl. + *(1)* tang. dimid. *(2)* FD *L* 5 f. in *(1)* conchoeidis falsae contractae *(2)* figurae *L* 13 supra *(1)* $\overset{\text{tang. dimid.}}{\text{FD}} \frown \overset{\text{chord. compl.}}{\text{DB}} = \overset{\text{diam}}{\text{AB}}\,\square$. *(2)* FD *L* 16 FD $\frown$ DB *(1)* = *(a)* AB$\square$. Ergo P r o p. 10. $\dfrac{\text{AC} \frown \square\text{DB}}{\text{CB}}$ = AB$\square$. *(b)* plano *(aa)* assignabili *(bb)* dato *(2)*. Ergo *L*

17 plano *L ändert Hrsg.*

At $\square^{\text{ta}}$ DB seu chordarum a maxima, seu ab AB ita procedunt:

$$a^2 \qquad a^2-\beta a \qquad a^2-2\beta a \qquad a^2-3\beta a$$

eae ducantur in suas distantias ab A. seu in AC.

$$0 \qquad \beta \qquad 2\beta \qquad 3\beta$$

fient

$$0 \quad a^2\beta-\beta^2 a \quad 2a^2\beta-4\beta^2 a \quad 3a^2\beta-9\beta^2 a \quad \text{etc.}$$

Quae si dividantur per CB. seu distantias a B.

$$a \qquad a-\beta \qquad a-2\beta \qquad a-3\beta$$

[fiet]

$$\frac{0}{a} \quad \frac{a^2\beta-\beta^2 a}{a-\beta} \quad \frac{2a^2\beta-4\beta^2 a}{a-2\beta} \quad \frac{3a^2\beta-9\beta^2 a}{a-3\beta} \quad \text{etc.} \quad = \text{solido dato.}$$

C o r o l l. 1. Manifestum est, hoc solidum esse progressionis cuiusdam ad harmonicam accedentis, seu hyperboliformis, et tamen quadrari posse. Quod nulli hactenus quod sciam hyperboloeidi contigit.

Idem ex solido transferri potest in planum, divisis omnibus per a, unde apparet ipsum solidum esse spatii cuiusdam hyperboloeidis cylindrum, fiet enim basis:

$$\frac{a\beta-\beta^2}{a-\beta}+\frac{2a\beta-4\beta^2}{a-2\beta}+\frac{3a\beta-9\beta^2}{a-3\beta} \text{ etc.} = \text{solido dato per } a \text{ diviso.}$$

Hoc spatium habet asymptotam, sed in eo differt ab hyperbolico quod incipit a puncto, nam $\dfrac{a\beta-\beta^2}{a-\beta} = [\beta] =$ puncto, β enim est infinitesima ipsius a. Ipsae autem rectae a. $a-\beta$. $a-2\beta$ etc. sunt distantiae applicatarum ab aymptota continue decrescentes uniformiter, ut in spatio hyperbolico asymptoto. Habemus ergo

C o r o l l. 2. q u a d r a t u r a m p l a n i h y p e r b o l o e i d i s asymptoti infiniti.

Quod hactenus quantum sciam nemo praestitit. Nam solidum hyperbolicum, seu ungulam spatii asymptoti, ideo quadrare facillimum fuit quia elementa eius non

9 fiet *gestr. L, erg. Hrsg.* 10 = *(1)* a^3. *(2)* solido *L* 15 cylindrum | sub a *gestr.* |, fiet *L* 16 = *(1)* a^2 *(2)* solido *L* 18 $\frac{\mathrm{a}}{\mathrm{a}}$ *L ändert Hrsg.*

11 C o r o l l. 1. : Leibniz übersieht, dass $\dfrac{na^2\beta-n^2\beta^2 a}{a-n\beta} = na\beta$ ist, so dass sich keine Hyperbel- sondern eine Parabelquadratur bzw. eine Identität ergibt.

hyperbolice sed cylindrice, ut elementa rectanguli, progrediuntur, ex nota hyperbolae proprietate.

Figura II.



[*Fig. 2*]

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ ADC et EDF similia. Ergo $\dfrac{AD}{DF} = \dfrac{DC}{DE} = \dfrac{AC}{EF}$.

P r o p. 11. $AD \frown DE = DF \frown DC$. secans in seipsum radio demto = tangenti in seipsum, demto tangente arcus dimidii, adde inf. prop. 43. coroll. 1. $d^2 - \cancel{ad} = c^2 - \cancel{ad} + a^2$. seu quadrata applicatarum spatii hyperbolici ad altitudinem, demto c y l i n d r o h y p e r b o l i c o, aequantur quadratis tangentium, seu applicatarum conchoeidis, demto rectangulo tangentium in tangentes arcuum dimidiorum, seu ductu conchoeidis in conchoeidem falsam contractam, seu demto cylindro hyp. add. cub. rad. prop. 13. Ergo quadr. sec. = quad. tang. + quad. rad.

Caeterum quadrata ista applicatarum, credo summari non posse; quia ipsae applicatae sunt infinitae, nec refert, quod applicatae summari possunt. Nam omnia quadrata sunt momentum utique figurae seu omnium applicatarum ex altitudine, at momentum hoc est figura ducta in distantiam centri gravitatis, ab axe librationis. Quam distantiam

4 *Fig. 2 erg. Hrsg. nach Text u. N. 21.* 8 d^2- ... $+a^2$. *erg. L* 11–13 seu demto ... quad. rad. *erg. L*

necesse est esse assignabili qualibet maiorem. Semper enim quamcunque ducas rectam ex asymptota altitudini parallelam, patet ab uno eius latere finitas, ab altero infinitas longitudines esse. Pro longitudinibus autem seu distantiis continue pondera crescunt. Quare non est dubitandum haec spatia quibusdam quadrato-quadratis aequari, quemadmodum lineas infinitas aequari quadratis, alibi ostendi hyperbolae ipsius exemplo, in qua asymptota, quadrato illi, numeratori communi, aequalis est.

Unde praeclara consequentia ducitur, scilicet figuras quadratoquadratas, aliasque quascunque altiores non esse imaginarias, sed reapse posse exhiberi. Quod alioquin multis modis in partibus inassignabilibus ostendi potest, quemadmodum aliud paradoxum longe maius dari dimensiones medias inter puncta, lineas, superficies, corpora etc.

Ductus autem tangentium in tangentes arcuum dimidiorum, finitus est ut mox ostenderimus. Nam maximus tangentium arcus dimidii est ipse radius, unde patet conchoeidem falsam, eiusque contractam esse finitae longitudinis, nec habere asymptotam.

P r o p. 12. $AD \frown EF = DF \frown AC$. secans in tangentem arcus dimidii aequatur differentiae tangentium, arcus dati et dimidii, in radium, seu spatium hyperbolicum in conchoeidem falsam contractam, aequatur c y l i n d r o c o n c h o e i d i s v e r a e, d e m t o c y l i n d r o c o n c h o e i d i s f a l s a e c o n t r a c t a e, adde prop. 38.

P r o p. 13 $DC \frown EF = DE \frown AC$. seu tangens arcus dati in tangentem arcus dimidii aequatur radio in differentiam secantis et radii.

Ergo ductus conchoeidis verae in falsam contractam, c y l i n d r o h y p e r b o l i c o demto cubo radii, add. prop. 37.

Ergo cubus radii aequatur cylindro hyperbolico demto ductu conchoeidis verae in falsam contractam. Quare si ductus iste quadrari posset, haberetur q u a d r a -

---

13 Nota quod dixi conchoeidem falsam eiusve contractam esse finitam intellige, si intra quadrantem sistatur, quod fit quotiescunque secantibus, scilicet ex radio ductis utimur, at quoties chordas ex adversa diametri extremitate venientes ipsamque diametrum adhibemus, tunc ultra quadrantem ad ipsum usque semicirculum progredimur, quod in conchoeidis falsae eiusve contractae dimensione notandum est.

8–10 Quod alioquin . . . corpora etc. *erg. L* t u r a h y p e r b o l a e, unde apparet, quanti sit momenti haec ductuum doctrina.

Cylinder hyperbolicus demto ductu conchoeidis verae in falsam contractam q u a d r a r i p o t e s t, semper autem aequatur cubo radii, quaecunque sit altitudo portionis regulae, quod notabile est.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ DEF et DGE similia sunt. Ergo $\dfrac{DF}{DE} = \dfrac{DE}{DG} = \dfrac{EF}{EG}$.

P r o p. 14. $DF \frown DG = DE\square$. quadratum differentiae inter secantem et radium aequatur differentiae inter tangentem et tangentem arcus dimidii ductae in differentiam sinus et tangentis.

$$\text{sec.} \frown \text{sec.} + \text{rad.} \frown \text{rad.} - 2\ \text{rad.} \frown \text{sec.} =$$

$$\frac{\text{tang.} - \text{tang. dim.}}{\text{tang.} - \text{sin.}} \qquad [\text{sec.} \frown \text{rad.} - \text{quad. rad.}]$$

$$\text{tang.} \frown \text{tang.} - \overline{\text{sin.} \frown \text{tang.} + \text{sin.} \frown \text{tang. dim.}} - \quad \text{tang.} \frown \text{tang. dim.}$$

$$\text{seu } \cancel{2}\ \text{rad.} \frown \text{rad.} - \cancel{2}\ \text{rad.} \frown \text{sec.} = - \text{sin.} \frown \text{tang.} + \text{sin.} \frown \text{tang. dim.}$$

$$- \cancel{\text{rad.} \frown \text{sec.}} + \cancel{\text{rad.} \frown \text{rad.}}$$

7 quadratum *(1)* complementi sinus | altitudinis seu portionis a vertice abscissae *erg.* | *(2)* differentiae *L* 9 et *(1)* secantis. $\text{sec.}\frown\text{sec.} + \text{rad.}\frown\text{rad.} - 2\text{rad.}\frown\text{sec.} = \text{sec.}\frown\text{tang.} - \overline{\text{sin.} \frown \text{tang.} + \text{sin.} \frown \text{tang. dim.}}^{\frac{\text{tang.} - \text{tang. dim.}}{\text{sec.} - \text{sin.}}} - \text{sec.}\frown\text{tang. dim.}$ Ergo semicubus portionis a vertice abscissae = ductui conchoeidis in spatium hyperbolicum addito ductu portionis circularis in conchoeidem falsam contractam, demto ductu portionis circularis in conchoeidem | *darüber nicht gestr.:* prop. 46. 20. |, demtoque ductu spatii hyperbolici in conchoeidem falsam contractam | *darüber erg. u. gestr.:* C o r o l l. seu demto cylindro conchoeidis verae, addito cylindro conchoeidis falsae contractae per prop. 14 |. Idem sic enuntiari potest: semicubus aequatur ductui hyperbolae in conchoeidem veram falsa contracta minutam, addito ductu portionis circularis in *(a)* eandem *(b)* falsam contractam, demto ductu eiusdem in veram | *darüber nicht gestr.:* (qui quadrari potest posita hyperb. quadr. prop. 20.) |. Mirabilis est ista figurarum usque adeo heterogenearum atque extraordinariarum q u a d r a t u r a. *Absatz.* C o r o l l. Eadem est quadratura si per p r o p. 14. pro ductu spatii hyperbolici in conchoeidem falsam contractam substituas cylindrum conchoeidis verae, demto cylindro conchoeidis falsae contractae. *(2)* tangentis *L* 11 cyl. hyp. − *(1)* quad. rad. *nicht gestr.* *(2)* cub. rad. *L ändert Hrsg.*

---

7 P r o p. 14.: Die fehlerhafte 1. Fassung des Satzes hat Leibniz, wie die Verweise auf spätere Aussagen zeigen, bis zu Satz 48 beibehalten; erst dann hat er den Irrtum bemerkt und korrigiert.

Iam sin. $\frown$ tang. = [sec. $\frown$ rad.] − rad. in sin. compl.
Ergo: rad. $\frown$ rad. = rad. in sin. compl. + sin. $\frown$ tang. dimid.
Vide infra post prop. 48.

P r o p. 15. $DF \frown EG = DE \frown EF$. seu differentiae tangentium a tangentibus arcuum dimidiorum ductae in distantias suas a vertice, seu eorum momenta aequantur differentiis inter radium et secantem in tangentem arcus dimidii ductis, seu ductui hyperbolae in tangentes arcus dimidii, demto c y l i n d r o tangentium arcus dimidii.

P r o p. 16. $DE \frown EG = DG \frown EF$. seu momentum ex vertice differentiarum inter secantem et radium (quod datur data hyperbolae quadratura) aequatur ductui differentiae inter sinum et tangentem, in tangentem arcus dimidii; seu cylindro hyperbolico demto cubo radii (id est tangenti in tangentem arcus dimidii) et demto ductu sinuum in tangentes arcuum dimidiorum.

Ergo is ductus habetur dato hyperbolae tetragonismo.

$$\cancel{da} - \underset{\substack{/\backslash \\ \cancel{a^2}}}{df} - a^2 + af = \cancel{ad} - \cancel{a^2} - bi.$$

Ergo sinus in tang. arc. dimid. $bi = a^2 - af$. seu sinus in tang. arc. dimid. = rad. in dist. a vertice. Ergo q u a d r a b i l e .

Regula artis combinatoriae in geometria:
Post lineas fundamentales, nulla facile recta ducenda est, quae non sit a puncto aliquo iam dato, ad aliud iam datum, aut quae non sit alteri cuidam parallela, aut aequalis, aut rationis ad eam datae, aut anguli aequalis, aut perpendicularis. Sed hoc inprimis observandum, ut linea ex puncto dato ducta sit alteri parallela aut perpendicularis, aut aequalis, aut angulum faciens aequalem.

1 cyl. hyp. *L ändert Hrsg.* 10 (quod *(1)* q u a d r a r i potest *(2)* datur *L* 13 f. dimidiorum. *(1)* Hoc ergo ductu habito haberetur h y p e r b o l a e t e t r a g o n i s m u s. *(2)* Ergo *L*

20 Regula: Beispiele dafür finden sich vor allem in Leibniz' Handexemplar des *Horologium oscillatorium*, 1673, insbesondere S. 66 u. 89; s. dazu N. 2.

Inprimis autem magni momenti est, triangula similia, inprimis rectangula constituere, quoad eius fieri potest. In rectangulis enim triangulis inter se comparatis, sufficit unius anguli obliquorum aequalitas, ad perfectam similitudinem.

Porro ope similium triangulorum, habentur lineae proportionales. At harum ope omnis generis rectangula aequalia.

Sed et alius modus est inveniendi rectangula aequalia citra similitudinem diversorum $\bigtriangledown^{\text{lorum}}$, si scilicet in eodem $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ diversis modis assumtae altitudines in bases ducantur. Quod inprimis utile est, in triangulis quae rectilinea non sunt, nam in rectilineis res ad considerationem triangulorum similium redit.



[*Fig. 3*]

Fig. 3. $\bigtriangledown IDZ$. ubi $IZ \frown XD = ID \frown \alpha D$. at $\alpha D = EA$. distantia a vertice. NB. radius ductus in sinum demto tangente arcus dimidii aequatur momento tangentium arcus dimidii ex vertice.

10 *Fig. 3 erg. Hrsg. nach Text u. N. 23.* 13–438,1 ex *(1)* circuli centro *(2)* vertice. | Dato hoc momento | et *(a)* conchoeide *(b)* figura ipsa *erg.* | datur ... alibi. *erg.* *(aa)* Nota datur autem hoc momentum *(bb)* Dato momento tangentium fig. sufficit momentum tangentium verarum ad tetragonismum. *erg. u. gestr.* | *L*

10 [*Fig. 3*]: Es ist zu beachten, dass Leibniz die urspüngliche spezielle Fassung der fig. 3. (s. N. 23) heranzieht und mit ihrer Hilfe die folgenden Beziehungen ableitet, die daher nicht immer allgemein gültig sind, so dass die darauf basierenden Integrationen falsch werden.

Dato hoc momento et figura ipsa datur tetragonismus ut alibi.

$\bigtriangledown IDB$. tang. dimid. ID in radium DB = secanti dimidii BI in [sinum dimidii DN].

NI differentia inter NB regulae portionem ex centro, et BI secantem, ducta in sinum duplicatum AD aequatur ID in AK non tamen momento tangentium arcus ex vertice.
NB est dimidia CD. et BI dimidia CG.
Dato autem momento ex basi, datur momentum ex vertice et contra, saltem cylindris datis.
Hinc sequitur quadrabilem esse differentiam inter circularem portionem, et conchoeidis falsae contractae.

$\bigtriangledown BDC$. DE sinus in radium BC = chordae complementi DC in semisinum arcus.

Fig. 3. in $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ ZDB. rad. BD. in $Z\alpha = AZ$ $(= BI) - A\alpha$ $(= DE)$ aequatur $ZB \frown BE$.
Radius in differentiam secantis arcus dimidii a sinu dati, aequatur $ZB \frown BE$ tangenti arcus dimidii in distantiam a basi, seu momento horum tangentium ex basi, ac denique aequatur differentiae DZ inter CD et CZ $(= BI)$, seu inter chordam supplementi, et secantem arcus dimidii in sinum arcus dimidii DN.
Horum ergo omnium per prop. 19. coroll. 6. q u a d r a t u r a haberi potest.

---

19 *Daneben (bezogen auf die Grundstufe) großes*

2 dimidium semi *L ändert Hrsg.* 4 inter *(1)* radium et secantem, ducta in sinum duplicatum (quadrabilis) aequatur momento tangentium arcus | dimidii *gestr.* | ex vertice, | sed eorum duplo *gestr.* | *(2)* NB | semicordam *(!)* complementi *erg. u. gestr.* | regulae *L* 8 saltem *(1)* in totis *(2)* cylindris *L* 17 aequatur *(1)* illi toties dicto TD | = GD. male, tota ZD non est = DG. *erg.* | *(2)* differentiae *L* 19 per prop. 19. coroll. 6. *erg. L*

---

4 NI: s. dazu auch S. 439 Z. 11. 12 $\bigtriangledown BDC$.: s. dazu auch S. 439 Z. 3.

Et quia habetur ductus sinuum in chordas supplementi, habebitur ductus sinuum in secantes arcus dimidii.

NB. fig. 3. $\bigtriangledown BDC$: BC rad. in DE sin. = chorda compl. in sagittam complementi. NB. sagitta est distantia a centro, non tamen ideo cylinder quadrantis aequatur momento semicirculi, quia intellegi debent applicari chordae ubi sunt sinus et tunc sunt parabolae, sed sagittae non sunt amplius earum distantiae a centro.

Fig. 3. $\bigtriangledown FBD$. radius FB in sinum complementi arcus dimidii BN = duplo sinui arcus dati FD in BE sinum complementi.
Ergo summa sinuum complementi arcus dimidii q u a d r a r i potest. Ergo et summa sinuum versorum arcus dimidii.

Esto in fig. 3. $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ AID. chorda arcus in diff. secantis et sinus complementi aequatur ID tangenti dimidii, in sinum versum $AK = AE$. seu momento tangentis dimidii ex vertice.
Hoc vero momentum quadrabile est, forte et sinus complementi in chordam, ergo tunc foret quoque quadrabilis ductus hyperbolicus in parabolicum.

In $\bigtriangledown BAD$. AB rad. in ED sinum = sinus complementi arcus dimidii, in chordam.

Portiones conchoeidis falsae, ademtis portionibus cissoeidis, faciunt portiones cy-

---

14 NB. hoc momentum ex vertice est quadrabile, quia figura (segmento) detracta ex portione circulari, residua manet rectilinea.

16 NB.

438,19–439,1 potest. *(1)* Quare differentia inter portionem circularem *(2)* At secans *(3)* Hinc data quadratura circuli datur quadratura hyperbolae, et vicissim. Imo data dimensione partium hyperbolae, datur sectio angulorum universalis. | Imo forte error quia in prop. 19. coroll. 6. ponderant ex basi per centrum non per extremum diametri transeunte. Sed quicquid huius sit, si unum momentum datur, dabitur etiam alterum, modo et figurae dimensio detur, data enim distantia centri figurae, a basi per centrum circuli transeunte, dabitur et a transeunte per diametri extremum. Ergo data quadratura circuli datur quadratura hyperbolae *(a)* non *(b)* et contra. Quia figurae dimensio pendet a circuli quadratura igitur et ex data circuli quadratura, dabitur curva elliptica et parabolica. *erg.* | *(4)* Et *L* 11 *(1)* NB. videtur etiam ductus hyperbolico-parabolicus quadrari posse *(2)* Esto *L* 14 forte *erg.* *L* 15 parabolicum. | Imo non est, nam *gestr.* | *L* cloeidis; modo scilicet a cycloeide portiones circulorum generantium ademtae intelligantur.

Lineae figuraeque epicyclicae dimensio.
Arnaldus, Bullialdus, Carcavius, Dalancius, Galloisius, Huetius, Hugenius, Oldenburgius, Thevenotus, Thomasius.

Conchoeis falsa contracta est momentum arcus circuli ex tangente, seu duplum eius segmentum.



[*Fig. 4*]

Si sit ellipsis AIH. foci C et G. punctum quodlibet in curva sumtum I. ex quo perpendicularis in distantiam focorum CG demissa ID. erit $\dfrac{CG}{AH} = \dfrac{DG}{IG}$. ut ostendit P. Fabri, *Synoψ. Opt.* prop. 51.
Ergo $CG \frown IG = AH \frown DG$. seu summa omnium rectarum ex uno focorum ad curvam ducibilium, ducta in distantiam focorum, aequatur abscissis a perpendiculari ex distantia focorum, ductis in diametrum transversam maiorem. Ergo bases horum cylindrorum erunt ut altitudines reciproce, seu summa ductarum ex foco ad curvam, erit ad summam abscissarum, ut est diameter transversa ad distantiam focorum.

1 scilicet a | conchoeide et *gestr.* | cycloeide L

10 ostendit: *a. a. O.* S. 155. Auf dieser Seite hat Leibniz in seinem Handexemplar die fehlende Figurenangabe (fig. 127) ergänzt.

Et hoc verum est, quomodocunque unitas in constructione assumatur, seu quaecunque intelligatur regula, sive ea sit curva, sive CD. sive ipsa IG. continue crescens uniformiter.

In omni figura perpendicularis ex curva ad altitudinem, seu applicata, ut IK $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ rectangulum EIK in similia secat. Hinc similia $\bigtriangledown^{\text{la}}$ EID. et EIK. et IKD.

Ergo $\dfrac{ED}{EI} = \dfrac{EI}{EK} = \dfrac{ID}{IK}$. Ergo $ED \frown EK = \underline{\underline{\square\, EI}}$. item: $ED \frown IK = EI \frown ID$. item: $EI \frown IK = EK \frown ID$.

Porro $\dfrac{EI}{ID} = \dfrac{EK}{IK} = \dfrac{IK}{KD}$. ergo: $EI \frown IK = EK \frown ID$. habuimus. $EI \frown KD = ID \frown IK$. denique $EK \frown KD = \underline{\underline{IK\,\square}}$. seu applicata est media proportionalis inter portiones quas facit in parte altitudinis inter tangentem et perpendicularem interiecta.

Tandem: $\dfrac{ED}{ID} = \dfrac{EI}{IK} = \dfrac{ID}{KD}$. Ergo $ED \frown IK = ID \frown EI$. habuimus $ED \frown KD = \underline{\underline{ID\,\square}}$. seu perpendicularis est media proportionalis inter totum intervallum perpendicularis et tangentis in altitudine sumtum, eiusque portionem minorem.

Demissa recta KF constat angulos KID et FKI esse aequales ergo $\bigtriangledown^{\text{la}}$ KFI et IKD similia ergo $\dfrac{ID}{IK} = \dfrac{IK}{KF} = \dfrac{KD}{FI}$. Ergo $ID \frown KF = IK\,\square$.

Si tangens EI continuetur dum perpendiculari HL occurrat in L. et ex applicata ducatur parallela ipsi EH. nempe MN. patet $\bigtriangledown^{\text{la}}$ MIN et MLO esse similia ergo

$$\frac{LI}{IM} = \frac{LO}{IN} = \frac{KH = NO}{MN}.$$

Ergo $LI \frown IN = IM \frown LO$. seu tangentes IL applicatae arcubus IM aequantur summae partium basis LH. demtis applicatis $OH = NK$.

Item $LI \frown MN = IM \frown KH$. Ergo momenta chordarum seu exiguorum arcuum ex basi aequantur summae portionum tangentium inter basin et punctum contactus interceptae altitudini applicatarum, nam ipsae MN sunt altitudinis partes, eamque exacte implent. Quibus si ipsae tangentes imponantur, posita divisione AH. si ponatur esse diameter

18 f. seu *(1)* secantes *(2)* tangentes ... summae *(a)* tangentium *(b)* partium ... = NK. *erg. L*

17–442,7 Die Ähnlichkeitsbeziehung ist unrichtig. Dadurch wird die folgende Textaussage falsch; die beiden anderen sind im Ansatz richtig.

circuli in infinitas MN inter se aequales, orietur figura tangentium, seu conchoeis circulo generatore deminuta, ea ergo aequalis est momento arcus.

Idem universaliter verum est, quaecunque portio conchoeidis assumatur. Conchoeis ergo et quaevis eius portio abscissa quadrari potest, si curva illa sit circularis, quia curvae circularis momentum ex basi radio quadrari potest. Imo error, non tangentium summa sed tangentium arcus supplementi. Nec obest, quod tandem LI fit infinita MO semper manet finita, nam et $\underline{\underline{MN}}$ fit infinities minor IM puncto.



[*Fig. 5*]

$EID \bigtriangledown$ tangens in radium = secanti in sinum.

Secans in secantem complementi = radio in tang. + tang, compl. ob $\bigtriangledown ELD$.

$\dfrac{LM}{IM} = \dfrac{OM}{NM} = \dfrac{LO}{IN}$. ergo

$LM \frown NM = IM \frown OM$. item $LM \frown IN = IM \frown LO$. $\quad OM \frown IN = NM \frown LO$.

$\dfrac{LE}{IM} = \dfrac{LH}{IN} = \dfrac{EH}{MN}$.

$LE \frown IN = IM \frown LH$. $\quad LE \frown MN = IM \frown EH$. $\quad LH \frown MN = EH \frown IN$.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia EIK et MIN. Ergo $\dfrac{EI}{IM} = \dfrac{EK}{MN} = \dfrac{IK}{IN}$.

8 [*Fig. 5*]: H *L ändert Hrsg.* 9 | EID $\bigtriangledown$ *erg.* | *(1)* secans in radium = tangenti in sinum. Quo posito dabitur absoluta conchoeidis quadratura *(2)* tangens *L*

$EI \frown MN = IM \frown EK$. $\quad EI \frown IN = IM \frown IK$. $\quad EK \frown IN = MN \frown IK$.
sum. tang.

Item $\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia EIH et IMN. Ergo $\dfrac{EH}{IM} = \dfrac{IH}{IN} = \dfrac{IE}{MN}$. Ergo
$EH \frown IN = IM \frown IH$. seu in circulo secans in basin = radio in chordam seu arcum.
$IH \frown MN = IN \frown IE$. ergo quadrari possunt omnia $IN \frown IE = IM \frown IK$.
$EH \frown MN = IM \frown IE$. seu tangentes applicatae arcubus aequantur hyperbolae.

Tandem similia $\bigtriangledown^{\text{la}}$ EBA et IMN. nam $\vee BEA = IMN$. Ergo $\dfrac{EA}{IM} = \dfrac{AB}{IN} = \dfrac{BE}{MN}$. Ergo
$EA \frown IN = AB \frown IM$. Ergo EA applicatae basi aequantur segmento figurae duplicato (utile hoc in cycloeide, ubi quadratura cuiusdam segmenti).
$AB \frown MN = IN \frown BE$. in circulo $AB = AK$.
$EA \frown MN = IM \frown BE$.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ AHE et AEN similia sunt. Ergo: $\dfrac{AH}{AE} = \dfrac{AE}{EN} = \dfrac{HE}{AN}$.

Prop. 17. $AH \frown EN = AE\square$. seu secans in sinum complementi aequatur quadrato radii. Quod aliunde constat, quia quadratum radii divisum per portionem regulae seu distantiam a basi seu sinum complementi, dat secantem. Hoc ergo idem est cum momento hyperbolae ex basi.

Prop. 18. $AH \frown AN = AE \frown HE$. secans in sinum = radio in tangentem. Ergo cylinder conchoeidalis aequatur ductui portionis circularis in hyperbolicam. Adde prop. 56.

---

4 *Hinter der Formel größeres* NB.

9 segmento *(1)* circuli *(2)* figurae *L* 15 per *(1)* distantiam a basi *nicht gestr.* *(2)* portionem *L*

---

13 $\bigtriangledown^{\text{la}}$ AHE et AEN: Von hier an greift Leibniz auf fig. 2. zurück. Die Figur gilt für die Sätze 17–76 sowie 79 u. 80.

P r o p. 19. $AE \frown AN = EN \frown HE$. seu c y l i n d e r c i r c u l a r i s aequatur m o m e n t o tangentium ex basi.

Hoc theorema conferendum cum p r o p. 7. Ibi diameter ductus in sinum, aequatur tangenti falso ducto in distantiam a basi, id est in distantiam ab altera diametri extremitate, seu si arcus minor quadrante, in distantiam a centro + rad. Hoc loco (ubi arcus quadrantem nunquam excedit) radius ductus in sinum, aequatur tangenti vero, ducto in distantiam suam a centro.

Esto radius a. sinus b. tangens verus c. falsus d. distantia a centro seu tangentis veri a basi e. tangentis falsi a basi $e + a$. Iam $ab = ce$. item $2ab = de + da$.

C o r o l l. 1: Ergo $2ce = de + da$.

C o r o l l. 2: Ergo $\dfrac{2ce}{d} = e + a$. Et quia $2ce - de = da$.

C o r o l l. 3: Ergo $2c - d = \dfrac{da}{e}$. Item quia $2ab - da = de$. erit

C o r o l l. 4: $2b - d = \dfrac{de}{a}$.

---

1 f. *Zu* P r o p. 19. *am Rande ergänzt:*
cyl. circ. = ab. momentum tangentium ex basi = ec. Iam vid. 15. et 12. add. prop. 6. num 6. mom. tang. ex vertice, scilicet id = (prop. 15 + 12) cyl. conchoeid. ver. − cyl. quadrupli segmenti arcus (seu minus cyl. conchoeid. fals.) + (per duct. prop. 6. num. 6.) + cyl. conchoeid. fals. seu cyl. quadrupl. segm. sub rad. − cyl. port. circ.
Ergo, iungendo utrumque momentum: cyl. conch. = cyl. circ. + cyl. conch. − cyl. circ. Calculi comprobatio. Add. prop. 24.

5 f. loco *(1)* diameter *(2)* | (ubi ... excedit) *erg.* | radius *L* 8 f. seu *(1)* sinus *(2)* tangentis veri a basi *erg. L* 13–445,1 $\frac{\mathrm{de}}{\mathrm{a}}$. | C o r o l l 5. Ergo omnes 2b − d. seu ductae in a = de. Seu | dupla *erg.* | summa sinuum | omnium *erg.* | id est quadrans | duplicatus seu semicirculus *erg.* |, demtis tangentibus falsis omnibus in quadrante, aequatur tangenti falso | maximo *erg.* | quadrantis, id est diametro, ducto in veri tangentis quadrantis radio scilicet applicati, distantiam a basi. Quae nulla est, tangentibus cum falsis continuo applicatis radio, maximus cadit in ipsum centrum. Hinc sequitur s u m m a m t a n g e n t i u m f a l s o r u m quadrantis, aequari | semi *gestr.* | circulo. Ecce modum probandi, *(1)* ubi de toto *(2)* dimensionem totius, sine partium dimensione. Sed partes alias metimur, generaliterque definiemus summam tangentium falsorum aequari duplo | semi *gestr.* | segmento arcus |, seu segmento arcus duplicati *gestr.* |. *gestr.* | Porro *L*

Porro

Coroll 1. etiam sic enuntiari potest: duplum momentum tangentium verorum ex basi per centrum transeunte aequari momento tangentium falsorum, addito cylindro eorum sub radio.

Coroll. 4$^{\text{tum}}$ ita enuntiari potest: summa sinuum duplicatorum demta summa tangentium falsorum, aequatur dicto momento tangentium falsorum, per radium diviso. Idque non tantum in quadrante, sed et in alia quacunque portione circulari minore.

Coroll. 6. Hinc dimensio momenti tangentium falsorum ex basi.

Nam summa sinuum duplicata est duplum semisegmentum arcus dati, seu segmentum arcus BE dupli. Summa tangentium falsorum est quater segmentum arcus BE [dimidiati]. Ergo differentia, seu $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ BKE [duplicatum] ductum in radium, dabit momentum tangentium falsorum.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ AEN (vel KEA) et HKE similia sunt. Ergo: $\dfrac{AE}{HE} = \dfrac{AK}{HE} = \dfrac{KE}{KH}$.

$AE \frown KE = HE \frown AK$. coincidit cum prop. 19.

Prop. 20. $AE \frown KH = HE \frown KE$. seu radius in differentiam secantis et distantiam a basi per centrum transeunte aequatur tangenti in sinum. Seu cylinder hyperbolicus demto prismate, cuius basis distantiae a basi (quadrabiles) aequatur ductui portionis conchoidalis in circularem.

Ergo ductus portionis conchoeidalis in circularem, prop. 14. 46, demto cylindro hyperbolico, quadrari potest. Add. prop. 27. et repetita prop. 14. post prop. 48.

4 f. radio. | Coroll. 2. ita enuntiatur. *gestr.* | *(1)* Ex corollario 4$^{\text{to}}$ praeter 5$^{\text{tum}}$ duco sextum. Coroll. 6$^{\text{tum}}$ *(2)* Coroll. 4$^{\text{tum}}$ *L* 13 dimidiati *erg. Hrsg.* 13 duplicatum *gestr. L, erg. Hrsg.* 14 f. falsorum. | Coroll. 7. ideo coneides tangentium falsorum reduci potest ad verum cylindrum, etsi area ad segmentum. *gestr.* | $\bigtriangledown^{\text{la}}$ *L* 17 HE $\frown$ KE. *(1)* seu differentia secantis a radio, *(a)* in momentu *(b)* in distantia a basi *(2)* seu *L* 18 f. Seu *(1)* momentum *(a)* hyp *(b)* differentiarum *(c)* applicatarum *(aa)* hyperbolae *(bb)* spatii hyperbolici radio cuilibet earum ademto (quod quadrari potest) *(2)* cylinder hyperbolicus demto *(a)* semiquadrato cui *(b)* prismate *L*

9 Coroll. 6.: In diesem Korollar setzt Leibniz entgegen der Ausgangsformel $d = a - tg\frac{\varphi}{2}$.

Prop. 21. $AK \frown KH = KE\square$. seu quadratum sinus aequatur differentiae secantis a distantia a basi momento ex basi.

Utrumque autem *quadrari* dudum constat.

$\triangledown^{\text{la}}$ similia: AEH et BPH. Ergo: $\dfrac{AH}{HB} = \dfrac{AE}{BP} = \dfrac{EH}{HP}$.

Prop. 22. $AH \frown BP = AE \frown HB$. secans in distantiam a circuli vertice = radio in differentiam radii a secante. Seu *momentum spatii hyperbolici ex vertice*, aequatur *cylindro hyperbolico* sub radio, demta summa radiorum, quae quadrabilis est in radium.

Ergo cylinder hyperbolicus demto momento spatii ex vertice, *quadrari* potest est enim momentum ex basi. Hoc per se patet.

Prop. 23. $AH \frown HP = HB \frown EH$. secans in differentiam inter sinum et tangentem aequatur differentiae inter secantem et radium, in tangentem.

Radius a. sinus b. tangens c. secans d. ita $dc - db = dc - ac$.

Coroll. Ergo $db = ac$. seu secans in sinum = radio in tangentem.

Ergo ductus hyperbolicus in circularem, aequalis *cylindro conchoeidali*.

Prop. 24. $AE \frown HP = BP \frown EH$. radius in differentiam tangentis et sinus aequatur distantiae a vertice in tangentem, seu *cylinder conchoeidalis*, *demto circulari*, uterque sub radio, aequatur *momento portionis conchoeidalis* ex vertice.

$\triangledown^{\text{la}}$ similia: HPB et EGF. quia $\vee^{\text{li}}$ BHP et EFG. aequales. Ergo:

$$\frac{FE}{HB} = \frac{GF}{HP} = \frac{EG}{BP}.$$

Prop. 25. $FE \frown HP = HB \frown GF$. seu [tangentes] arcus supplementi dimidiati in differentiam tangentis et sinus, aequantur differentiae inter radium et secantem in differentiam inter distantiam a basi et tangentem arcus supplementi dimidii.

Seu posito radio a. secante d. distantia a basi f. tangente arcus suppl. dimid. e.

7 f. summa *(1)* distantiarum a vertice *(2)* radiorum ... est *(a)* (semiquadratum distantiae a vertice) *(b)* in *L* 23 seu *(1)* momenta tangentium arcus supplementi dimidiati, ex vertice circuli *(2)* | tangentium *ändert Hrsg.* | arcus *L* 25 inter *(1)* sinum *(2)* distantiam *L* 26 secante d. *(1)* sinu b. *(2)* distantia *L*

21 $\triangledown^{\text{la}}$ similia: Bei der Behandlung der aus dieser Beziehung abgeleiteten Aussagen unterlaufen Leibniz verschiedene Versehen, welche trotz nachfolgender Korrekturen nicht alle behoben werden. Die Sätze 25–27 sind daher nur eingeschränkt gültig.

fiet $d-a, \frown f-e$. seu $df-de-af+ae=ec-eb$. seu momentum hyperbolicum ex basi demto ductu hyperbolico in tang. dim. suppl. demto momento sinuum ex basi addito denique cylindro tang. arc. suppl. dim. Si hic quadrari potest, ut alibi ostensum ergo m o m e n t a tang. arc. supplem. dim. addito ductu hyp. in tang. dim. suppl. q u a d r a r i possunt. Prop. 46. coroll. 2.

P r o p. 26. $FE \frown BP = HB \frown EG$. tang. dim. suppl. momentum ex vertice circuli = diff. inter distantiam a basi et radium in diff. rad. et sec. [;] seu ductus tang. suppl. dimid. in conchoeid. − tang. dimid. suppl. ductus in port. circ. $= a-f. \frown d-a$. $= ad-a^2-fd+fa$. seu cylindro hyperbolico sub radio demtis radiis in radios, demto momento hyperbolico addito prismate distantiarum a basi.

P r o p. 27. $GF \frown BP = HP \frown EG$. differentia tangentis dimid. arcus supp. a distantia a basi, ducta in differentiam radii et distantiae a basi, aequatur differentiae inter tangentem et sinum in differentiam inter sinum et radium, seu $[e]-f \frown a-f = c-b \frown a-b$.

$[e]-f \frown a-f = ea-ef-fa+f^2 = c-b \frown a-b = ca-cb-ba-b^2$. seu

$$ca-da+af-ba-b^2.$$

Seu cylinder tangentium arcus dimidii supplementi $\underline{\underline{ea}}$, additis distantiarum a

---

6 *Zur Formel:* prop. 46. coroll. 2.

17 *Zur Streichung:* (quadrabilis) *mit gültigem* non *überschrieben*.

1 fiet *(1)* d − a, ⌢ b − e. seu db − de − ab + ae = |ec − eb. *erg.*| seu ductus hyperbolicus in circularem (cylinder conchoeidalis) *(2)* d − a, ⌢ f − e. *L* 2 suppl. *(1)* addito cylindro circulari *(2)* demto *L* 5 suppl. *(1)* et cyl. circ. |*darüber:* mom. arc.| demto cyl. conchoeid. *(2)* q u a d r a r i *L* 8 circ. *(1)* |b iam posito sinu *erg. u. nicht gestr.*| = a − b. ⌢ d − a = ad − a^2 − bd + ba. *(2)* = a − f. ⌢ d − a. *L* 10 demto *(1)* cylindro conchoeidis (=bd) *(2)* momento *L* 10 addito *(1)* cylindro circulari *(2)* momen *(3)* prismate *L* 11 dimid. arcus supp. *erg. L* 13 seu *(1)* c − f ⌢ a − f = c − b ⌢ a − b. c − f ⌢ a − f = ~~ca~~ − cf − fa + f^2 = c − b ⌢ a − b = ~~ca~~ − cb − ba − b^2. Ergo f^2 − cf − fa = b^2 − cb − ba. Ergo f^2 − cf − fa − b^2 + cb + ba = 0. Ergo f^2 + cb + ba = cf + fa + b^2. Seu quadrato distantiarum a basi aucta ductu conchoeido-circulari (qui demto c y l i n d r o quodam hyperbolico quadrari potest prop. 20.) et c y l i n d r o circulari, aequantur momento tangentium, radio in distantias a basi, sinuum quadratis. Hinc dari potest m o m e n t u m t a n g e n t i u m , dato tetragonismo circuli et hyperbolae. Vicissim data quadratura hyperbolae eiusve partium, et momento conchoeidis *(a)* eiusve *(b)* eiusque partium datur t e t r a g o n i s m u s c i r c u l i eiusque partium seu sectio angulorum universalis et quotcunque mediarum proportionalium inventio. *(2)* |c *ändert Hrsg.*| − f *L* 15 c *L ändert Hrsg.* 17 $\underline{\underline{\text{ea}}}$ |(quadrabilis) *gestr.*|, additis *L*

basi quadratis $\underline{\underline{f^2}}$ (quadrabilibus) et quadratis sinuum $\underline{\underline{b^2}}$ (itidem quadrabilibus), demtis $\underline{\underline{fa}}$ distantiis a basi in radium (itidem quadrabilibus), iisdem rursus additis (et ideo plane omissis), aequatur cylindro conchoeidali $\underline{\underline{ca}}$ addito momento tangentium arcus dimid. suppl. $\underline{\underline{ef}}$, demtis cylindris hyperbolico et circulari.

Cylindri autem isti omnes sunt sub radio, etsi altitudo partium abscissarum a vertice radio minor sit. Quodsi momenta tangentium arcus dim. suppl. redigi possunt vel ad figuram rectilineam vel saltem ad cylindrum circularem, ut credo, et verum est conchoeidis et hyperbolae et partium quadraturas a se invicem dependere, necesse est dari quadraturam circuli et partium eius, data quadratura hyperbolae; si etiam cylinder tang. semicomplementi q u a d r a r i queat, sed ille non potest.

$\bigtriangledown$la similia: AEK et ADC. Ergo $\dfrac{AD}{AE} = \dfrac{DC}{AK} = \dfrac{AC = AE}{KE}$.

P r o p. 28. $AD \frown AK = AE \frown DC$. secans complementi in distantiam a basi per centrum transeunte seu sinum complementi, aequatur radio in tangentem complementi, seu cylinder tangentium complementi (q u a d r a b i l i s de quo infra) aequatur momento secantium complementi ex basi quadrantis seu ipsius figurae secantium complementi ex vertice.

Ergo hoc m o m e n t u m q u a d r a b i l e est.

Adde prop. 40. Et adde p r o p. 23. c o r o l l. *Trigonometriae inassignabilium*.

P r o p. 29. $AD \frown KE = AE\square$. sinus in secantem complementi, aequatur quadrato radii, seu radius est media proportionalis inter sinum arcus dati, et secantem arcus complementi.

---

20 *Zu* $AD \frown KE$*:* add. prop. 41.

7 vel ... vel *erg. L* 14 seu sinum complementi *erg. L* 16 f. seu ... vertice *erg. L*

---

19 Et adde: s. N. 27 S. 472 Z. 6 f., weitere Hinweise auf dieses Stück finden sich in den Sätzen 43, 45, 47 (Korollar 2), 51 und 72.

Quare ductus circularis in figuram secantium complementi inversus, aequatur prismati, cuius basis quadratum radii, altitudo distantia sinus in vertice quadrantis. Ergo quadratur.

His adde prop. 33. corollar.

Prop. 30. $DC \frown KE = AK \frown AE$. sinus in tangentem complementi aequatur radio in distantiam a basi quadrantis.

Quare ductus portionis circularis in portionem figurae tangentium complementi inversus, aequatur radio in summam distantiarum a basi seu abscissam trianguli a basi, ergo ductus iste est quadrabilis.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: AEH et ADC. Ergo $\dfrac{AD}{AH} = \dfrac{DC}{AE} = \dfrac{AC = AE}{HE}$.

Prop. 31. $AD \frown AE = AH \frown DC$. radius in secantem complementi, aequatur secanti in tangentem complementi, atque ideo cylinder secantium complementi sub radio aequatur ductui inverso secantium, seu portionis hyperbolicae in portionem figurae tangentium complementi.

Prop. 32. $AD \frown HE = AH \frown AE$. radius in secantem, aequatur secanti complementi in tangentem, atque ideo cylinder hyperbolicus aequatur ductui inverso portionis conchoeidalis in portionem figurae secantium complementi. Vide post prop. 44. et 67.

Prop. 33. $DC \frown HE = AE\,\square$. tangens in tangentem complementi, aequatur quadrato radii. Adde prop. 43.

Atque ideo prisma, cuius basis quadratum radii, altitudo distantia sinus a vertice quandrantis, aequatur ductui inverso portionis conchoeidalis eiusdem altitudinis a vertice abscissae, in portionem figurae tangentium complementi a basi abscissam.

1 secantium *(1)* falsarum *(2)* complementi *L* 14 f. complementi. | Coroll. id est, iuncta prop. 35., cylinder secantium complementi, aequatur cylindro *erg. u. gestr.* | Prop. 32. *L* 15 f. secantem | (complementi) *erg., streicht Hrsg.* |, aequatur secanti complementi | (secanti) *erg. u. gestr.* | in tangentem | (complementi) *erg. u. gestr.* |, atque *L* 21 sinus *erg. L* 22 eiusdem altitudinis *erg. L*

15 Prop. 32.: Bei der Ausformulierung erkennt Leibniz die Dualität von Satz 32 zu Satz 31. Er versucht dies mittels beigefügter Klammereinschüben auszudrücken, hat den Versuch aber schließlich doch abgebrochen; s. aber unten die Sätze 48 und 52.

C o r o l l. atque ideo per prop. 29. sinus in secantem complementi, aequatur tangenti in tangentem complementi ductusque circularis inversus in figuram secantium complementi, ductui conchoeidali inverso in figuram tangentium complementi. Adde prop. seq. 34. et 37.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: HEK et ADC. ergo $\dfrac{DA}{HE} = \dfrac{DC}{EK} = \dfrac{AC}{HK}$.

P r o p. 34. $DA \frown EK = HE \frown DC$. secans complementi in sinum = tangenti in tangentem complementi, habuimus prop. 33. corollar., q u a d r a b i l e .

P r o p. 35. $DA \frown HK = HE \frown AC$. differentia inter secantem et sinum complementi in secantem complementi, aequatur tangenti in radium, atque ideo c y l i n d e r c o n c h o e i d a l i s aequatur ductui inverso figurae hyperbolicae in figuram secantium complementi, add. prop. 38, demto momento (quadrabili prop. 28) secantium complementi ex basi quadrantis seu vertice suo. Adde prop. 44. et prop. 45.

P r o p. 36. $DC \frown HK = EK \frown AC$. radius in sinum = tangenti complementi in differentiam secantis et sinus complementi. Atque ideo c y l i n d e r portionis circularis aequatur ductui inverso hyperbolae in figuram tangentium complementi (= c y l i n d r o s e c a n t i u m c o m p l e m e n t i , prop. 31.) demto momento tangentium complementi ex vertice suo seu basi quadrantis.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: ADC et HQF. Est autem QF = radio, HF = tangenti arcus dati + tangenti arcus dimidii complementi, et HQ est differentia inter secantem et tangentem compl. dimid. vel est summa ex differentiis duabus, altera inter secantem et sinum complementi, altera inter sinum complementi et tangentem complementi dimidii. Hinc iam:

$$\frac{AD}{HF} = \frac{DC}{QF = AC} = \frac{AC}{QH}.$$

P r o p. 37. $AD \frown AC = HF \frown DC$. secans complementi in radium = tangenti complementi in summam ex tangente et tangente complementi dimidii vel in secantem. Atque ideo c y l i n d e r s e c a n t i u m c o m p l e m e n t i sub radio, aequatur tangentibus complementi in tangentes (q u a d r a b i l i b u s , per prop. 33. coroll. et prop. 34.) additis tangentibus complementi in tangentes complementi dimidii.

26 vel in secantem *erg. L*

Atqui tangentes complementi in tangentes complementi dimidii, aequantur radio in secantes complementi, demto radio in radios; seu c y l i n d r o s e c a n t i u m c o m p l e m e n t i, demto quadrato radii in distantiam a vertice circuli, per prop. 13.

Utraque ergo proposito, 13. et 37. eodem redit, argumento veritatis calculi. Adde prop. 45.

P r o p. 38. $AD \frown QH = HF \frown AC$. secans complementi in differentiam secantis et tangentis complementi dimidii, aequatur radio in summam ex tangente et tangente complementi dimidii, atque ideo:

C y l i n d e r c o n c h o e i d a l i s, addito c y l i n d r o t a n g e n t i s c o m p l e m e n t i d i m i d i a t i, aequatur ductui hyperbolico inverso in figuram secantium complementi (qui per prop. 35. = cylindro conchoeidali momento secantium complementi, ex basi quadrantis, quadrabili, quod et cylindro tangentium complementi aequatur, prop. 28., aucto), demto secante complementi in tangentem complementi dimidii.

Atqui secans complementi, in tangentem complementi dimidii aequatur DF differentiae inter tangentem complementi, et tangentem complementi dimidii, in radium, supra p r o p. 12.

Hinc talis aequatio orietur. Esto radius a. tangens c. secans d. secans complementi g. tangens complementi h. tangens dimidii complementi e. literis superioribus retentis. Ergo:

$$gd - ge = ac + ae.$$

Sed quia pro $\underline{gd}$ substitui potest per prop. 35. $ac + ah$. et per prop. 12. pro $\underline{ge}$ substitui potest $ah - ae$. fiet aequatio talis: $ac + ah - ah + ae = ac + ae$. seu $ac + ae = ac + ae$. insigni documento calculi recte positi.

P r o p. 39. $DC \frown QH = AC\square$. tangens complementi; in differentiam secantis, et tangentis semicomplementi, aequatur quadrato radii.

---

18 *Zu* supra *zusätzlich:* 46.

10 c y l i n d r o *(1)* conchoeidis falsae dimidiatae arcus *(2)* t a n g e n t i s *L* 13 f. quod et ... prop. 28. *erg. L* 23 ac + *(1)* $\frac{a^2}{\alpha}$ ($\frac{a^2}{\alpha}$ significat quantitatem quadrabilem) *(2)* ah *L*

Atque ideo figura tangentium complementi inverse ducta in hyperbolicam, seu per prop. 31. cylinder secantium complementi, demto suo ductu in figuram tangentium semisupplementi, seu per prop. 13. 37. demto cylindro secantium complementi, addito quadrato radii in distantiam a vertice circuli, seu sagittam, aequatur quadrato radii in sagittam; rursus omnia eodem redeunt certissimo argumento veritatis.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: ADC et DEG. Ergo $\dfrac{AD}{ED} = \dfrac{DC}{DG} = \dfrac{AC}{EG}$.

P r o p. 40. $AD \frown DG = ED \frown DC$. secans complementi in differentiam inter tangentem complementi et sinum complementi, aequatur differentiae inter secantem complementi et radium in tangentem complementi, seu

$$gh - gf = hg - ha.$$

Ergo $gf = ha$. quod iam supra, prop. 28.

P r o p. 41. $AD \frown EG = ED \frown AC$. secans complementi in differentiam radii a sinu, aequatur radio in differentiam secantis complementi et radii. Seu $ga - gb = ag - a^2$. adde prop. 29.

P r o p. 42. $DC \frown EG = DG \frown AC$. tangens compl. in differentiam sinus a radio, aequatur radio in differentiam tangentis complementi a sinu complementi.

Cumque posterior terminus aequationis det summam quadrabilem, erit quadrabilis prior quoque. Ergo

C o r o l l. 1. D u c t u s tangentium complementi in differentias sinuum a radio q u a d r a r i potest.

C o r o l l. 2. Ergo d u c t u s tangentium complementi in sinus q u a d r a r i potest.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: AHR et AEH. ergo $\dfrac{HR}{AH} = \dfrac{AR}{AE} = \dfrac{AH}{HE}$. Est autem

$ER = CD$. et $AR = AD$. et $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ $EAR =^{\text{le}}$ et simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ ADC.

1 f. seu ... complementi *erg. L* 14 Seu | momentum radiorum, demto momento sinuum *gestr.* | ga *L* 22 f. potest. | Nam ductus tangentium complementi in differentias secantium complementi a radio qui quadrari potest, aequatur ductui tangentium complementi in secantes complementi, demto radio in tangentes complementi, qui radii ductus seu cylinder, etiam quadrari potest. Ergo et residuum seu ductus tangentium complementi in *(1)* secantes *(2)* sinus complementi. *gestr.* | *L*

24 f. Est ... $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ ADC. *erg. L*

P r o p. 43. $HR \frown HE = AH\,\square$. seu secans est media proportionalis inter tangentem arcus dati, et tangentem arcus dati auctum tangente arcus complementi.

Atque ideo quadrata secantium aequantur quadratis tangentium, ductu tangentium in tangentes complementi auctos. Confer cum prop. 45.

At sup. prop. 11. ostensum est quadrata secantium, demto cylindro hyperbolico sub radio aequari quadratis tangentium, demto ductu tangentium in tangentes arcus dimidii, prop. 46. coroll. 2., seu demto cylindro hyperbolico addito quadrato radii in altitudinem. Ergo

C o r o l l. 1. quadrata secantium = quadratis tangentium quadrato radii in altitudinem, seu a vertice circuli abscissam, auctis.

Hoc ita posito patet tangentem arcus dati in tangentem arcus complementi, aequari quadrato radii, quod iam habuimus prop. 33.

P r o p. 44. $HR \frown AE = AH \frown AR$. compositum ex tangente et tangente arcus complementi in radium, aequatur secanti in secantem complementi.

Hoc facile conciliabis cum prop. 36. et 28.

$AR \frown HE = AE \frown AH$. habuimus, vide prop. 32.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: AHR et ADC. ergo $\dfrac{HR}{AD} = \dfrac{AR}{DC} = \dfrac{AH}{AC}$.

P r o p. 45. $HR \frown DC = AD \frown AR = AD\,\square$. tangens tangente complementi auctus in tangentem complementi, prop. 33. 37., aequatur quadrato secantis complementi. Seu secans complementi est media proportionalis inter tangentem complementi, et tangentem complementi, tangente auctum, confer cum prop. 43.

1 *Zu* media proportionalis: adde *Inass.* prop. 41.

19 *Zu* aequatur: quadrato radii in arcum, *I n a s s i g n a b.* p r o p. 19.

7 addito *(1)* cubo *(2)* quadrato *L* 12 f. prop. 33. | *Absatz:* $\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: AER et AEH. ergo $\dfrac{\text{AR}}{\text{AH}} = \dfrac{\text{ER} = \text{CD}}{\text{AE}} = \dfrac{\text{AE}}{\text{HE}}$. Triangulum AER aequale et simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ ADC. *Absatz:* P r o p. 44. CD $\frown$ HE = AE$\,\square$. sed hoc iam habuimus, prop. 33. et passim. *gestr.* | P r o p. 44. *L*

19 aequatur: Der Bezug der zugehörigen Anmerkung auf N. 27 enthält einen Irrtum.

Ergo quadrata secantium complementi, excedunt quadrata tangentium complementi, ductu tangentium complementi in tangentes.

C o r o l l. Ergo differentia inter quadratum tangentis et secantis, aequatur differentiae inter quadratum tangentis complementi, et quadratum secantis complementi. Eaque differentia est q u a d r a b i l i s per prop. 43. coroll. 1.

$HR \frown AC = AD \frown AH$. haec iam ex prop. 28. et 35.

$AR \frown AC = DC \frown AH$. habuimus prop. 31.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia HKE et EFG. $\dfrac{HE}{EF} = \dfrac{KE}{EG} = \dfrac{KH}{GF}$.

P r o p. 46. $HE \frown EG = KE \frown EF$. tangens in differentiam inter sinum et radium, aequatur tangenti arcus semicomplementi in sinum arcus dati $= AE \frown GF$, adde prop. 63.

Seu cylinder conchoeidalis sub radio, demto, prop. 14. 20. 27., ductu spatii conchoeidalis in circulare (qui demto cylindro hyperbolico quadrabilis est, p r o p. 20.) aequatur ductui tangentium semicomplementi in sinus seu portionem circularem.

Porro ductus secantium complementi (qui sunt $\dfrac{a^2}{b}$. posito a radio, b sinu) in tangentes semicomplementi (e) aequatur cylindro tangentium complementi, demto cylindro tangentium semicomplementi per prop. 38. et 12. Quod esto $x^2 a$. erit $\dfrac{a^2 e}{b} = x^2$.

---

3 *Zum Korollar am Rande.* NB.

2 f. tangentes. | At ductus tangentium comp. *gestr.* | C o r o l l. *L*

---

14 seu: Dieser Schluss ist unzulässig. 18 erit: Auch dieser Schluss ist unzulässig; dennoch bleibt das Folgende im Wesentlichen richtig.

Quaeramus rationem $\frac{a^2e}{b}$ ad $\frac{be}{1}$. ea erit $\frac{a^2}{b^2}$. ergo si ductus secantium complementi in tangentes semicomplementi sit ut a^2. ductus circularis erit ut b^2. Et vicissim

$$\text{ductus}\ \frac{\text{secant. compl. in tang. semicompl.}}{\text{sin. in tang. semicompl.}} = \frac{a^2}{b^2}.$$

Ergo

$$\frac{\text{sin. in tang. semicompl.}}{b^2} = \frac{\text{secant. compl.}\ \frac{a^2}{b}.\ \text{in tang. semicompl.}}{a^2}.$$

atque ideo

$$\text{sin. in tang. semicompl.} = \frac{\text{secant. compl. in tang. semicompl.} \frown b^2}{a^2}.$$

Ergo

$$[\text{ductus}]\ \frac{\text{tang. complementi} - \text{tang. semicomplementi}}{a}\ \text{in}\ b^2$$

$$= \text{cylind. conchoeid.} + \text{cyl. hyp.} - \text{aliquid quadrabile}.$$

C o r o l l. Dimensio d u c t u s c i r c u l a r i s i n f i g u r a m t a n g e n t i u m s e m i c o m p l e m e n t i supponit dimensionem conchoeidis et hyperbolae.

P r o p. 46. n u m. 2: $HE \frown GF = KH \frown EF$. tangens c in differentiam sinus complementi f et tangentis semicomplementi e, aequatur tangenti semicomplementi e in differentiam secantis d et sinus complementi f. Ergo $cf - ce = ed - ef$. ergo $\frac{cf}{e} - c = d - f$.

C o r o l l. 1. Ergo summa quartarum proportionalium, ad has tres, tangentem semicomplementi, tangentem, sinum complementi, aequatur spatio hyperbolico demto aliquo quadrabili.

C o r o l l. 2. Aliter $cf + ef = ed + ce$. Seu momenta tangentium ex basi (ex q. circ. 19.), addita momentis, prop. 26., tangentium semicomplementi (quadrab.),

---

1 *Unter* ad*:* ×

1 $\frac{a^2}{b^2}$. seu si ergo si *L ändert Hrsg.* 8 f. Ergo | cylinder *gestr., ändert Hrsg.* | *L*

aequantur, prop. 25., secantibus in tangentes semicomplementi, additis, prop. 43., tangentibus in tangentes semicomplementi. Prop. 25. supra.

Prop. 47. $HF \frown EN = AC \ (= AE) \frown AE$ seu $AE\square$. sive momenta tangentium et tangentium semicomplementi simul ex basi quadrantis, aequantur quadratis radii. Ergo sunt quadrabilia.

Coroll. 1. Hinc sequitur summam ex tangente et tangente dimidio complementi, aequari secanti, seu $HF = AH$. quia $AH = \dfrac{AE\square}{EN}$. et $HF = \dfrac{AE\square}{EN}$.

Coroll. 2. Hinc differentiae inter conchoeidem et hyperbolam, aequatur tangentibus semicomplementi, de quibus 35. *Inass.*

Coroll. 3. Item tangens arcus dimidii, auctus tangente complementi, aequalis secanti complementi. Item $HQ = HE$.

Coroll. 4. Momenta tangentium semicomplementi ex basi quadrabilia, adde prop. 61.

Coroll. 5. Ergo iunct. prop. 25 *Duct.* hyperb. in tang. semicompl. quadrabil.

Prop. 48. $AD \frown EF = DF \frown FQ \ (FQ = AE)$ ob $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ ADF. ergo secans (complementi) in tangentem arcus dimidii (complementi) aequalis radio in differentiam tangentis (compl.), et tangentis arcus dimidii (compl.).

Coroll. Hinc haberi possunt et tangentes arcus dimidii in tang. arcus dimid. compl. si a tang. arc. dimid. in sec. auferatur tang. arc. dimid. in tang. quia sec. = tang. + tang. compl. arc. dimid.

Repetitio prop. 14:

$DE\square = DF \frown DG$. seu quadratum differentiae secantis et radii, est aequale dif-

---

6 Coroll. 1. ita brevius demonstres: in $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ AHF altitudo AE = altitudini FQ. ergo basis HF = basi AH.

12 *Über* quadrabilia*:* male, ex q. circ.

14 *Zu* Coroll. 5.*:* Error

8 hyperbolam, | quadrari potest *gestr.* | aequatur *L* 16 | $\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: AEF et EST *gestr.* | Prop. 48. *L*

ferentiae inter tangentem et tangentem arcus dimidii, ductae in differentiam inter tangentem et sinum.

Esto secans d. radius a. tangens c. tangens arcus dimidii i. sinus b. fiet:

$$\underbrace{d^2}_{\substack{\text{prop. 11.}\\ \cancel{c^2}+\underbrace{a^2}_{\cancel{2a^2}}}} + a^2 - \cancel{2}da = c - i, \frown c - b. = \cancel{c^2} + \underbrace{bi}_{\substack{\text{prop. 16.}\\ \cancel{a^2} - af}} - \underbrace{ci}_{\substack{\text{prop.13.}\\ -\cancel{da} + \cancel{a^2}}} - bc.$$

$$da = bc + af.$$

Adde prop. 20. ubi idem a l i t e r demonstratum, insigni calculi confirmatione.

Redibimus ad $\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia intermissa, de quibus ante prop. 46.

$$\frac{HE}{EF} = \frac{KE}{EG} = \frac{KH}{GF}.$$ habuimus $HE \frown EG = KE \frown EF$, restant:

P r o p. 49. $HE \frown GF = KH \frown EF$. tangens in differentiam tangentis semicomplementi et sinus complementi, aequatur differentiae secantis et sinus complementi in tangentem semicomplementi.

$$\underbrace{cf}_{\substack{\text{ex. q. circ.}\\ \text{duct. 19.} = ab}} - ce = \underbrace{de}_{\substack{\text{quadrabil.}\\ \text{Prop. 47. coroll. 4.}}} - \underbrace{fe.}_{\substack{\text{quadrabil.}\\ \text{Prop. 47. coroll. 3.}}}$$

C o r o l l. 1. Ergo ce. seu tangentes semicomplementi in tangentes, vel tangentes complementi in tangentes arcus dimidii pendent ex quadratura circuli, conchoeid. et hyp.

C o r o l l. 2. Cumque sit $c + e = d$. erit $d^2 = c^2 + \underbrace{e^2 + 2ce}_{a^2 \text{ per prop. 11.}}$.

Ideoque e^2 seu summa quadratorum tangentium semicomplementi, vel quadrata

---

17 *Zu de:* Error

4 $-$bc. | Iam $d^2 = c^2 + a^2$. p r o p. 11. *streicht Hrsg.* | *L* 22 ex *(1)* da seu cylindro hyperbolico, vel quadratura hyperbolae *(2)* quadratura *L*

tangentium arcus dimidii ad basin pendent ex quadratura circuli, conchoeid. et hyp.

P r o p. 50. $KE \frown GF = KH \frown EG$. seu sinus in differentiam sinus complementi, et tangentis semicomplementi, aequantur differentiae inter secantem et sinum complementi in differentiam sinus et radii.

$$\begin{array}{cccccccc} \cancel{bf} & - & be & = d - f \frown a - b = da + \cancel{fb} & - & db & - & fa. \\ /\backslash & & /\backslash & & & /\backslash & & /\backslash \\ \text{quadrab.} & & \text{ex q. circ. et hyp.} & & & \text{q. circ. et hyp.} & & \text{quadrab.} \\ & & 46. & & & \text{vel q. conchoeid.} & & \end{array}$$

P r o p. 51. $NI \frown EF = ZF(EG) \frown EN$. ob $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ ENF in quo posita basi EN altitudo est ZF, posita basi EF altitudo est NI.

Investiganda iam quantitas ipsius NI. Patet NI parallelam AE. Ergo $\dfrac{NI}{AE\,\text{rad.}} = \dfrac{AR\,\text{sec. compl.} - AN\,\text{sinus}}{AR = AD\,\text{secans compl.}}$.

Literas ut ante substituamus: $\dfrac{NI}{a} = \dfrac{g-b}{g}$. seu $NI = \dfrac{ga-ba}{g}$. vel $a - \dfrac{ba}{g}$. Atqui $g = \dfrac{a^2}{b}$. Ergo $NI = a - \dfrac{ba}{\dfrac{a^2}{b}} = a - \dfrac{b^2a}{a^2} = \underline{\underline{a - \dfrac{b^2}{a}}}$.

Ergo cylinder tangentium semicomplementi, demtis rectangulis ex tangentibus semicomplementi, et applicatis semiparabolae circularis axi parallelis, aequatur momentis ex basi differentiarum inter sinum et radium, utique quadrabilibus.

Nam posito sinu b. et radio a. erit $\dfrac{b^2}{a}$ applicata parabolae circularis axi parallela, quia sinus est media proportionalis inter applicatam axi parallelam semiparabolae circularis, et radium. Semiparabola autem circularis est, cuius altitudo et basis aequales, adde *Inassign.* 41.

Recta EI ex his facile haberi potest est enim $Rq\, f^2 - a^2 - \dfrac{b^4}{a^2} + 2b^2$. adde prop. *Inass.* 42. 43.

1 f. quadratura *(1)* hyperbolae *(2)* circuli |, conchoeid. et hyp. *erg.* | *L*

P r o p. 52. $AC \frown DF = AD \frown EF$. cylinder tangentium [seu] conchoeid. (complementi), demto cylindro tang. semiarcus seu conchoeid. fals. dimidiatae (complementi) = secans (compl.) in tang. semiarcus (compl.), seu tangens + tangens semiarcus in tang. semiarcus, seu tangens in tang. semiarcus + quadrat. tang. semiarcus.

C o r o l l. 1. Ergo quadrata tangentium semiarcus pendent ex quadratura conchoeidis et hyperbolae.

C o r o l l. 2. Cylinder tangentium complementi (quadrabilis) demto cylindro tangentium semicomplementi aequatur tangentibus complementi in tangentes semicomplementi (id est cylindro secantium complementi, demto cylindro radii) additis quadratis tangentium semicomplementi (quae pendent ex q. circ. prop. 49.).

P r o p. 53. $C\alpha = EN$. quia in $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ AEC. $AC \frown EN = AE (= AC) \frown C\alpha$.

P r o p. 54. $A\alpha = AN$. Nam $\bigtriangledown ENA$ simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ $A\alpha C$. quia ang. AEN = angulo $AC\alpha$. duo autem latera aequalia sunt $EN = C\alpha$. et $AC = AE$. ergo et tertia seu $A\alpha = AN$. ergo $E\alpha = NC$ vel EG.

P r o p. 55. $AM \frown EC = AC \frown EN$. Chorda arcus in sinum complementi arcus dimidii, aequatur cylindro portionis circularis sinuum arcus dati. Vel:

Chorda arcus complementi ad quadrantem (non ad semicirculum) in sinum arcus dati = cylindro sinuum complementi (q u a d r a b i l i).

P r o p. 56. $AD \frown C\alpha = AC \frown CD$. Momentum secantium complementi = cylindro tangentium complementi quadrabili, adde prop. 18.

---

11 *Zu* pendent: *Darüber:* Error
Dahinter: (imo ex q. circ. et dimens. cyl. tang. semicompl.)

1 seu *erg. Hrsg.* 17 portionis circularis *erg. L*

---

3 f. Anstelle von tangens + tangens semiarcus müsste es tangens + tangens semicomplementi heißen. Das Versehen wirkt sich bis zum Ende von Satz 52 aus. 17 Vel: Anstelle des Sinus des gegebenen Bogens hätte Leibniz den Kosinus des halben Komplementärbogens verwenden müssen.

Prop. 57. $EC \frown MF = EF \frown E\alpha$, vel $FC \frown EG$. Chorda arcus in differentiam secantis arcus dimidii a sinu complementi arcus dimidii = tangenti arcus dimidii in sinum versum arcus dati.

Prop. 60. $EF \frown EK = KQ \frown AE$. Tangens semiarcus in sinum complementi, seu momentum tangentium semiarcus = radio in differentiam sinus, et tang. semiarcus.

Coroll. Tangens semicomplementi in sinum = radio in sinus complementi, demto cylindro tang. semicompl.

At per prop. 46. iunct 20. cylinder conchoeid. − cyl. hyp. + rad. in sinus compl. = tang. [semicompl.] in sin. Ergo res eodem redit.

Prop. 61. $EF \frown EN = NC$ (vel EG) $\frown AE$. Momentum tang. [semicompl.] = radio in diff. rad. et sinus, adde prop. 47. coroll. 4. Hinc et tang. [semicompl.] in sinus quadrab.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: AKE et EZF. Nam ang. KAE = angulo EFZ.

$$\frac{AE}{EF} = \frac{AK = EN}{ZF = EG} = \frac{KE}{EZ = GF}.$$

Prop. 62. $AE \frown EG = EN \frown EF$. momenta tangentium semicomplementi = cylindro trilinei concavi circularis, seu radii demto sinu.

Coroll. Tangentes arcus dimidii seu conchoeidis falsae dimidiatae applicatae, in sinus = radio in sinus versos arcus dati seu quadrabiles.

Prop. 63. $AE \frown GF = KE \frown EF$. cylinder radii in sinus complementi (quadrabilis) demto cylindro radii in tang. semicompl. (quadrab.) = ductui sinuum in tangentes semicomplementi.

Is ergo ductus quadrabilis. Hoc prorsus coincidit prop. 46.

Coroll. Hinc radius in sinus, demto radio in tang. fals. dimid. (cyl. segm. dupl.) = momento tang. fals. dimid. ex basi.

Prop. 64. $EN \frown GF = KE \frown EG$. seu quadrata sinuum complementi (portiones pyramidis a basi abscissae), demtis momentis tangentium semicomplementi (quae pendent ex q. circ.) = ductui sinuum in sinus versos arcuum complementi, seu in differentias suas a radio seu cylindro sinuum, demtis sinuum quadratis.

Coroll. vel sinus in seipsum (quadrab.), demto sinu in tang. arcus dimid. (qua-

4 *Zählung springt L* 10–12 compl. *L ändert Hrsg. dreimal*

drab.) = sinubus versis (seu differentiis sinuum complementi et radiorum) in sinus complementi, seu momento sinuum versorum.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia $C\alpha D$ et AEH. $\dfrac{CD}{AH} = \dfrac{\alpha D}{AE} = \dfrac{C\alpha = EN}{HE}$.

Prop. 65. $CD \frown AE = AH \frown [\alpha D]$. cylinder tangentium complementi (quadrabilium) = ductui secantium in secantes complementi (cyl. tang. compl. + cyl. tang.) demtis secantibus in sinus (cyl. conch.).

Prop. 66. $CD \frown HE = AH \frown EN$. seu tangentes in tangentes complementi = momento secantium ex basi, quadrabili, adde. 33. 43.

Prop. 67. $\alpha D \frown HE = EN \frown AE$. secantes complementi in tangentes, demtis sinubus in tangentes = quadrabiles, seu aequales sinubus complementi in radium, adde *Duct.* 20.

Porro per prop. 32. sec. compl. in tang. = rad. in sec. et per prop. 20. sin. in tang. = rad. in sec. − rad. in EN.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia $C\alpha D$ et AKE. $\dfrac{CD}{AE} = \dfrac{\alpha D}{AK = EN} = \dfrac{C\alpha = EN}{KE}$.

Prop. 68. $CD \frown EN = \alpha D \frown AE$. Momenta ex basi tangentium complementi = cylindro secantium complementi (dupl. sect.) − cyl. sin., adde prop. 73.

Prop. 69. $CD \frown KE = AE \frown EN$. Tangentes complementi in sinus (momenta ex basi sua, si basi quadr. applicentur), adde 42. 61., quadrabiles = quadrilinei cylindro.

Prop. 70. $\alpha D \frown KE = EN\,\square$. Sinus complementi est media proportionalis inter sinum et differentiam secantis complementi a sinu.

Sive secans compl. in sin., demtis quadratis sinuum = quadratis sinuum compl. Ergo $[\alpha D]\frown KE$ quadrabiles, adde *Duct.* 29.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: ACD et $C\alpha D$. $\dfrac{AD}{DC} = \dfrac{DC}{D\alpha} = \dfrac{AC}{C\alpha = EN}$.

4 AD *L ändert Hrsg.* 5 ductui *(1)* tangentium complementi in secantes complementi | quadrabilis *erg.* |. Ergo *(2)* secantium *L* 22 AD *L ändert Hrsg.*

22 adde: Der Verweis bezieht sich auf die Verschreibung AD anstelle von αD.

P r o p. 71. $AD \frown D\alpha = DC\,\square$ (45.) quadrata secantium complementi, demtis secantibus complementi in sinus (quadrabilibus) = quadratis tang. compl., adde *Duct.* 11. 74.

P r o p. 72. $AD \frown EN = AC \frown DC$. seu momentum ex basi secantium complementi (quadrabile, *Inassign.* 43. coroll. 1. *Duct.* 28.) = cylindro tangentium compl., adde *Duct.* 18. 23. 50.

P r o p. 73. $DC \frown EN = \alpha D \frown AC$. $(AC = AE)$ habuimus prop. 68.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ s i m i l i a : $C\alpha D$ et EGD. $\dfrac{CD}{DE} = \dfrac{D\alpha}{DG} = \dfrac{C\alpha = EN}{EG}$.

P r o p. 74. $CD \frown DG = DE \frown D\alpha$. Tangens compl. in seipsum demto tang. compl. l moment. ex basi = differentiae secantis complementi g et radii a in differentiam secantis complementi et sinus b, seu $g - a, \frown g - b = g^2 + ab - ga - gb$. seu quadrata secantium complementi aucta cylindro sinuum, minutaque sec. compl. [et sec. compl.] in sin.
Iam $g^2 - gb = l^2$ (per prop. 71. si $l =$ tang. compl.). ideo $l^2 + ab - ga = l^2 - lf$. Ergo $ga - ab = lf$. concordat 68.

P r o p. 75. $CD \frown EG = \overset{EN}{C\alpha} \frown DE$. $la - lb = gf - af$. Et quia per prop. 72. $la = gf$. ideo $lb = af$. tangens compl. in sinum = radio in sin. compl.

P r o p. 76. $D\alpha \frown EG = DG \frown EN$. secans compl. demto sinu, in radium demto sinu = tang. compl. in sin. compl., demto sin. compl. in sin. compl. $g - b \frown a - b$. seu

$$\cancel{ga} + b^2 - gb - \cancel{ba} = \overset{lf}{\underset{\cancel{ga} - \cancel{ab}}{/\backslash}} - f^2.$$ Ergo $gb - b^2 = f^2$.

13 et sec. compl. *erg. Hrsg.*

5 *Inassign.* 43.: Der Verweis bezieht sich auf die gestrichene Fassung des Satzes, s. N. 27 S. 479 Z. 32–36.

P r o p. 77. Ex f i g. 3. $HG \frown DS\ (= AC) = DH \frown D\lambda$. ob $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ HGD.

id est: differentiae inter tangentem veram et falsam momentum ex vertice, aequatur differentiae inter secantem et radium, in tangentem semiarcus minutum differentia inter sinum et tangentem semiarcus, seu

$c - 2i, \frown a - f = d - a,, \frown \underbrace{i-, b-i}_{2i-b}.$ seu

$$\begin{array}{ccccccccccccccc}
\cancel{ca} & - & cf & + & 2if & - & \cancel{2ia} & = & 2di & + & \cancel{ab} & - & db & - & \cancel{2ia}. \\
 & & /\backslash & & /\backslash & & & & /\backslash & & /\!/ & & /\backslash & & \\
 & & \cancel{ab} & & \cancel{2ab} - \cancel{2ai} & & & & \cancel{2ca} - \cancel{2ai} & & & & \cancel{ca} & & \\
 & & & & /\!/ \quad /\!/\!/ & & & & /\!/\!/\!/ \quad /\!/\!/ & & & & /\!/\!/\!/ & & \\
 & & \text{prop. 19.} & & \text{prop. 7.} & & & & \text{[prop. 12]} & & & & \text{[prop. 18.23.50.72. \textit{Duct.}]} & &
\end{array}$$

Manifestum est omnia exacte convenire.

In eadem fig. 3. $\bigtriangledown^{\text{la}}$ s i m i l i a , quanquam non orthogonia: HGD et DBZ. Nam ang. $GDH =$ ang. BDZ. et ang. $GHD =$ angulo DBZ. etc. Ergo

$$\frac{DB = \text{rad.}\,AB}{HD} = \frac{BZ = AI}{[GH]} = \frac{GD}{DZ}.$$

$AB \frown [GH] = AI \frown HD$. Radius in differentiam tangentis et tangentis falsae, = tangenti falsae dimidiae in differentiam secantis et radii.

5+7 seu *(1)*

$$\begin{array}{ccccccccccccc}
ca & + & 2if & - & cf & - & \cancel{2ia} & = & 2di & + & \cancel{ab} & - & db \quad - \cancel{2ia}. \\
 & & /\backslash & & & & & & /\backslash & & & & /\backslash \\
 & & \cancel{ab} & & & & & & |2, \underset{/\!/\!/}{\cancel{ca}} - ai\ \textit{gestr.}| & & & & \underset{/\!/\!/}{\cancel{ca}} \\
 & & \text{prop. 7. Duct.} & & & & & & \text{prop. 12} & & & & |\text{prop. 18.23.50.72. Duct}|\ \textit{nicht gestr.} \\
 & & \underbrace{\underset{/\!/}{\cancel{ca}} - cf}_{\underset{/\!/\!/}{\cancel{ca}} - ab} & & & & & & \underset{/\!/}{\cancel{2}ca} - 2ai & & & & \\
 & & & & & & & & \underset{/\!/\!/}{\cancel{ca}} - 2ai & & & &
\end{array}$$

prop. 19. et 24. Duct.

Ergo cf = 2ia. |cf = ab. prop. 19. *nicht gestr.*| Ergo ab = 2ai, quod absurdum, error ergo in calculo. *(2)* ~~ca~~ *L* 11 prop. 12 *und* prop. 18.23.50.72. Duct. *erg. Hrsg.* 15 GN *L ändert Hrsg.* 16 GN *L ändert Hrsg.*

---

15 $\frac{GD}{DZ}$: Es müsste umgekehrt $\frac{DZ}{GD}$ heißen. Dies wirkt sich auf Prop. 78 aus, welche Leibniz konsequent mit dem falschen Ansatz durchrechnet.

$$ac - 2ai = \underset{\substack{\wedge \\ ac - ai.\ \text{prop. 12.}}}{id} - ai. \quad \text{Patet ex calculo.}$$

P r o p. 78. $AB \frown DZ = GD \frown HD$. seu applicata parabolae inversa (chorda suppl.) demto secante arcus dimidii, in radium (haec quadrabilia)
$=$ 2 sec. fals. $-$ chord. suppl. $\frown$ sec. $-$ rad.
$=$ 2 sec. fals. $\frown$ sec. $+$ chord. suppl.$\frown$ rad.
$-$ 2 sec. fals. $\frown$ rad. $-$ chord. suppl. $\frown$sec.
Et quia chord. suppl. $\frown$ rad., et 2 sec. fals.$\frown$ rad. q u a d r a b i l i a , ideo 2 sec. fals. $\frown$ sec. $-$ chord. suppl. $\frown$ sec., q u a d r a b i l e .

In fig. 2. ex puncto O. termino sinus complementi AO. ducatur in radium AB perpendicularis $O\omega$. manifestum est:

$$\frac{O\omega}{KE\,\text{sinus}} = \frac{AO\,\text{sin compl.} = AK}{AE\,\text{rad.}}.\ \text{Ergo } O\omega = \frac{\text{sin.} \frown \text{sin. compl.}}{\text{rad.}}.$$

P r o p. 79. $O\omega \frown AE = AO \frown KE$. cylinder omnium $O\omega =$ momento sinuum, ideoque q u a d r a b i l i s est summa omnium $O\omega$.

P r o p. 80. Porro $\dfrac{O\omega}{BY = HE\,\text{tang.}} = \dfrac{AO = AK}{AY = AH\,\text{sec.}}$. Ergo $O\omega \frown AH = HE \frown AK$.
seu ductus hyperbolicus in $O\omega =$ momento tangentium, pendet ergo ex q. circ.

27. TRIGONOMETRIA INASSIGNABILIUM
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* überarbeitetes Konzept: LH 35 II 1 Bl. 242–245. 2 Bog. 2°. 8 S. — Titel fehlt, Zwischentitel mit Bogenzählung: (II) Inassignabilia am Beginn des 2. Bogens (über S. 481 Z. 23). Figura secunda nicht vorhanden (Vorlage die entsprechende Figur aus N. 21).
Cc 2, Nr. 696

Datierungsgründe: s. N. 26.

[Trigonometria inassignabilium]

[*Teil 1*]

Fig. 2.

$\underline{ST}$ pars regulae, seu altitudinis, $\underline{ES}$ pars basis, $\underline{ET}$ pars arcus.
[Altitudinem autem voco latus orthogonii divisum in partes aequales infinitas, per ordinatim applicatas, basin latus alterum.
Porro quoties summam linearum nomino, eas altitudini ordinatim applicatas intelligi debet. Hinc sinus, tangentes, secantes etc. complementi in circulo sunt, qui scilicet sinus, tangentes etc. appellari deberent, si id quod nunc basis est, altitudo esset, seu cum non altitudini, sed basi applicantur.

$\bigtriangledown^{\mathrm{la}}$ similia: EST et AEH. Ergo $\dfrac{AH}{ET} = \dfrac{AE}{ES} = \dfrac{HE}{ST}$.]

Prop. 1. $AH \frown ES = AE \frown ET$. secans in portionem basis = radio in portionem arcus. Seu figura secantium basi applicatarum, aequatur superficei cylindricae sub arcu et radio, adde prop. 9.

9 Trigonometria inassignabilium *erg. Hrsg. nach N. 26 S. 448 Z. 19.* 11–19 Fig.2. | ST ... arcus. *erg.* | $\bigtriangledown^{\mathrm{la}}$ ... $\frac{\mathrm{HE}}{\mathrm{ST}}$. *(1)* AH $\frown$ ES = ET $\frown$ AE. secans in portionem *(a)* altitudinis = tangenti in partem basis. *(b)* basis = radio in partem altitudinis. Ideo summa secantium complementi, scilicet in *(aa)* sagittam *(bb)* sinum arcus altitudini parallelum, seu altitudinem trilinei orthogonii aequatur radio in basin. *(2)* Altitudinem ... esset *(a)*. Habemus ergo iam quadraturam figurae secantium complementi. *(b)*, seu ... applicantur. *L, Reihenfolge ändert Hrsg.*



[*Fig. 1*]

1 *Figur erg. Hrsg. nach Text u. N. 21.*

C o r o l l. 1. Ergo summa s e c a n t i u m c o m p l e m e n t i, aequatur radio in arcum, seu s u p e r f i c i e i c y l i n d r i c a e sub arcu et radio.

C o r o l l. 2. Ergo figura secantium basi applicatarum aequatur summae secantium complementi.

P r o p. 2. $AH \frown ST = ET \frown HE$. secans in portionem altitudinis = tangenti in portionem arcus. Ideoque superficies cylindrica truncata tangentium arcui insistentium, aequatur s p a t i o h y p e r b o l i c o, adde prop. 11.

P r o p. 3. $AE \frown ST = HE \frown ES$. rectangulum sub radio et basi aequatur s u m m a e t a n g e n t i u m c o m p l e m e n t i, prop. 23. Huius ergo figurae datur q u a d r a t u r a.

C o r o l l. 1. Vel rectangulum sub radio et altitudine, aequatur tangentibus basi applicatis.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: EST et AKE. Ergo: $\dfrac{AE}{ET} = \dfrac{AK}{ES} = \dfrac{KE}{ST}$.

P r o p. 4. $AE \frown ES = AK \frown ET$. rectangulum sub radio et basi (altitudine) = momento arcus ex radio basi (altitudini) parallelo.

C o r o l l. 1. Ergo momentum ex radio basi parallelo arcus aequale summae tangentium complementi.

C o r o l l. 2. Momentum arcus ex radio altitudini parallelo = summae tangentium ad basin.

P r o p. 5. $AE \frown ST = KE \frown ET$. Radius in altitudinem = summae sinuum in arcum, seu momento arcus ex altitudine, seu superficiei cylindricae truncatae sinuum arcui impositorum, add. prop. 7. et prop. 3 coroll. 1.

P r o p. 6. $AK \frown ST = KE \frown ES$. Momentum altitudinis ex basi aequatur momento basis ex altitudine, in trilineo orthogonio circulari, cuius altitudo pars radii, basis radio parallela.

Nihil autem hic refert, quod eius latus pro radio sumas quod pro basi[;] aliter enunties: sinus ad basin aequantur sinubus complementi ad altitudinem[,] adde

15 f. parallelo. *(1)* Coroll. 1. Hinc datur quadratura momenti omnis trilinei orthogonii circularis, tam ex altitudine quam ex basi. *(2)* C o r o l l. 1. *L*

8 P r o p. 3.: Leibniz dualisiert die Formel zunächst; die direkte Umsetzung erfolgt im Korollar.

prop. 12. 36[a]. prop. 36[b]. coroll. 4.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: EST et EKH. $\dfrac{HE}{ET} = \dfrac{KE}{ES} = \dfrac{HK}{ST}$.

Prop. 7. $HE \frown ES = KE \frown ET$. figura tangentium basi applicatarum, aequatur momento arcus ex altitudine, adde prop. 3. coroll. 1. + prop. 5.

Prop. 8. $HE \frown ST = HK \frown ET$. Summa tangentium (seu spatium conchoeidale, exemta quod postea semper intelligi volo portione circuli generantis) aequatur secantibus in arcum, demto momento arcus ex basi, adde prop. 14. et 24.

Prop. 9. $KE \frown ST = HK \frown ES$. Summa sinuum, seu portio circularis, aequatur secantibus in basin, demtis sinubus complementi in basin.

At sinus complementi in basin aequantur toti figurae $ABEN$, vid. prop. 16., radio AB. arcu BE. sinu complementi EN. portione basis AN. comprehensae. Hinc iuncta prop. 1. duplex calculi fundamentum, alterum examini alterius.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: EST et BPH. $\dfrac{HB}{ET} = \dfrac{BP = BK}{ES} = \dfrac{HP}{ST}$.

Prop. 10. $HB \frown ES = BK \frown ET$. sinus versi BK in arcum (id est segmentum arcus duplum) aequantur secantibus in basin (id est, prop. 1., arcui in radium [=] sectori duplo) demto radio in sinum (quadrabili).

Prop. 11. $HB \frown ST = HP \frown ET$. spatium hyperbolicum, demto rectangulo radii in altitudinem (quadrabili), aequatur tangenti in arcum (spatio ipsi hyperbolico prop. 2.) demto momento arcus ex basi (= rectangulo radii in altitudinem prop. 4.)

Prop. 12. $BK \frown ST = HP \frown ES$. [summa sinuum versorum in altitudinem (quadrabilis)] aequatur tangentibus in basin (quadrabilibus prop. 7.) demtis sinubus in basin. Seu sinus compl. in altitud. = sinubus in basin, vid. prop. 43. et 45.

Coroll. Ergo habetur quadratura summae sinuum in basin, add. prop. 6. [21]. 23. 36[a,b].

15 BK | seu altitudines *gestr.* | in *L* 17 | = *erg. Hrsg.* | sectori duplo *erg. L* 17 radio in *(1)* basin *(2)* sinum *L* 22 f. HP ⌢ ES. *(1)* summa sinuum versorum (quadrabilis) demt *(2)* Radius in altitudinem demta summa sinuum versorum (quadrabili) *L ändert Hrsg.* 24 Seu . . . et 45. *erg. L* 26 prop. 6. 20. 23. 36. *L ändert Hrsg.*

$\triangledown^{\text{la}}$ similia: EST et FQH. Ergo $\dfrac{FH}{ET} = \dfrac{FQ}{ES} = \dfrac{HQ}{ST}$.

Prop. 13. $FH \frown ES = FQ \frown ET$. Tangentes in basin, et tangentes semicomplementi in basin, adde prop. 27 = radio in arcum,
quod idem est ac si diceres,

Coroll. 1. summam tangentium arcus dimidii, addita summa tangentium complementi (quae quadrabilis est), aequari arcui in radium, seu sectori cuidam circulari.

Coroll. 2. Ergo summa tangentium arcuum dimidiorum segmento circulari duplicato comparari potest, adde prop. 15.

Prop. 14. $FH \frown ST = HQ \frown ET$. spatium conchoeidale, addita summa tangentium semicomplementi, seu spatium hyperbolicum, aequatur secantibus in arcum (= prop. 8. spatio conchoeidali, addito momento arcus ex basi, adde prop. 24.) demtis tangentibus semicomplementi in arcum, seu aequatur tangentibus in arcum.

Coroll. Ergo summa tangentium semicomplementi, additis tangentibus semicomplementi in arcum, aequatur momento arcus ex basi, ac proinde quadrari possunt, adde prop. 28. et 42.

Prop. 15. $FQ \frown ST = HQ \frown ES$. Radius in altitudinem = summae secantium in basin (= radio in arcum), demto tangente semicomplementi in basin, add. prop. 13. et 29.

TS producatur usque ad basin in U. et iungatur EU. et ex U. ducatur perpendicularis in TE productam si opus est, quae erit UW. Manifestum est in triangulo TEU. posita basi TU. altitudinem esse ES, et posita basi ET. altitudinem esse UW. Basin autem UE poni nil necesse est, cum UE non differat, nisi parte inassignabili a TU.
Porro UW autem sic investigabimus: cum $\triangledown^{\text{la}}$ AER et UWR sint similia erit
$$\frac{WU}{AE} = \frac{UR = AR - AU.\,(AU = KE\,\text{sinus})}{AR\,(= AD.\,\text{secans compl.})}.\ \text{ergo}\ WU = \frac{AD - KE, \frown AE}{AD}.$$
Surget aequatio haec, posita etiam $TU = KA = EN$. sinu complementi.

11 seu spatium hyperbolicum *erg. L* 19 (= radio in arcum) *erg. L*

17 adde prop. 28. et 42.: Leibniz bezieht sich auf die gestrichene Fassung der prop. 42.

$$\overset{(WU)}{\frac{AD - KE \frown AE}{AD}} \frown TE = ES \frown EN.$$

Iam sinus complementi in basin aequantur areae quadrilinei $ABEN$. vid. prop. 9. Et $AD - KE \frown AE, \frown TE = AD \frown ES \frown EN$. ergo

P r o p. 16. ductus figurae secantium in basin, in figuram ipsam $ABEN$. aequatur cylindro secantium in arcum demto cylindro sinuum in arcum (quadrabili). Radio posito altitudine cylindrorum.

Sed si AD ponatur esse non secans complementi, sed ipse secans, ES portio altitudinis, KE sinus complementi, EN sinus, utilior erit aequatio, quia dividi poterit per AD. Quia enim omnes AD, sunt $\frac{a^2}{1}\ \frac{a^2}{2}\ \frac{a^2}{3}$ etc. seu quadratum radii divisum per sinus complementi, ideo dividi per AD idem est quod dividi per quadratum radii, multiplicari per sinum complementi. Ergo pro AD substitue $\frac{AE\square}{KE}$. fiet aequatio talis:

$$\frac{\frac{AE\square}{KE} - KE, \frown AE}{\frac{AE\square}{KE}} \frown TE = EN \frown ES. \text{ seu } \overset{(WU)}{\frac{AE\square - KE\square}{AE}} \frown TE = EN \frown ES.$$

Hanc aequationem dupliciter interpretari potes, ut dixi, vel enim KE est sinus, EN sinus complementi, vel contra. Alterutro modo, haec inde ducetur enuntiatio:

P r o p. 17. superficies cylindrica sub arcu et radio, seu duplex sector arcus, demtis quadratis sinuum (sinuum complementi) ad arcum, per radium divisis, aequatur sinubus complementi (sinubus) in basin (altitudinem) id est areae figurae arcu, basi (altitudine), radio et sinu complementi (sinu) minimo (radius enim maximus est, vel etiam si usque ad maximum seu radium non pertingatur, duabus maximis), comprehenso.

Hinc quadrata sinuum, item sinuum complementi ad arcum, necesse est non esse q u a d r a b i l i a pure, adde prop. 22.

$\bigtriangledown$la similia EST et ADC. $\frac{AD}{ET} = \frac{DC}{ES} = \frac{AC}{ST}$.

16 seu duplex sector arcus *erg. L* 22 non *erg. L*

P r o p. 18. $AD \frown ES = DC \frown ET$. secantes complementi in basin id est s p a t i u m h y p e r b o l i c u m (adde prop. 21), aequantur tangentibus complementi in arcum.

P r o p. 19. $AD \frown ST = AC \frown ET$. summa secantium complementi aequatur radio in arcum, adde prop. 26.

P r o p. 20. $DC \frown ST = AC \frown ES$. summa tangentium complementi aequatur radio in sinum, adde prop. 25.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: EST et UWR. Ergo $\dfrac{UR}{ET} = \dfrac{WR}{ES} = \dfrac{UW}{ST}$.

Iam (UW) est $\dfrac{AE\,\square - KE\,\square}{AE}$. WR autem sic inveniemus $\dfrac{WR}{UR} = \dfrac{AE}{AH}$. Ergo $(WR) = \dfrac{AE \frown UR}{AH}$. At (UR) est $AD - KE$. AH est $\dfrac{AE\,\square}{EN}$. ergo $WR = \dfrac{AE \frown UR \frown EN}{AE\,\square}$. seu $\dfrac{UR \frown EN}{AE}$. UR seu $NR = AD - KE$.

P r o p. 21. $UR \frown ES = WR \frown ET$. seu secantes complementi in basin (tangentes complementi in arcum, prop. 18.) spatium hyperbolicum demtis sinubus in basin (quadrabilibus, prop. 12.), aequantur, rectangulis secantium (spatio hyperbolico) complementi in sinus complementi, ad arcum, divisis per radium, demtis, rectangulis sinuum in sinus complementi, in arcum. adde prop. 36[b]; divisis per radium.

P r o p. 22. $UR \frown ST = UW \frown ET$. summa secantium complementi (sector duplicatus ABE), demta summa sinuum (seu portioni circulari KBE) aequatur UW in arcum, vel sectori duplicato, demtis $\dfrac{KE\,\square}{AE}$ in arcum.

C o r o l l. Ergo $\dfrac{KE\,\square}{AE}$ in arcum seu quadrata sinuum per radium divisa, in arcum, aequantur s u m m a e s i n u u m , seu portioni circulari, adde prop. 17. et 36[a]. 23.

1 f. id est s p a t i u m h y p e r b o l i c u m *erg. L* 13+14 spatium hyperbolicum *und* (spatio hyperbolico) *erg. L* 15 radium | (quadrabilibus) *gestr.* |, demtis *L* 19 sinuum *(1)* (residuum q u a d r a b i l e esse necesse est) *(2)* (seu *L*

Prop. 23. $WR \frown ST = UW \frown ES$. seu momentum secantium complementi ex radio basi parallelo, demto momento (quadrabili) sinuum complementi, ex eodem radio, aequatur summae UW in basin, seu radio in basin, demtis sinubus in basin, per radium divisis.

At sinus in basin sunt quadrabiles prop. 12., adde prop. 32. 36[a]. Ideo

Coroll. 1. ergo momentum secantium complementi ex radio, basi parallelo, quadrari potest.

Coroll. 2. Ergo habetur cylinder aequalis conoeidi secantium complementi.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia EST et ENR. $\dfrac{ER}{ET} = \dfrac{NR}{ES} = \dfrac{EN}{ST}$.

Prop. 24. $ER \frown ES = NR \frown ET$. tangentes complementi in basin (spatium conchoeidale), aequantur secantibus complementi in arcum demtis sinubus in arcum seu momento arcus ex [radio altitudini parallelo] (quadrabili).

Conf. prop. 8. et 14. ubi dicitur: secantes in arcum aequari spatio conchoeidali addito momento arcus ex radio basi parallelo.

Coroll. Ergo differentia inter secantes in arcum, et secantes complementi in arcum, seu differentia inter secantem et secantem complementi in arcum quadrari potest.

Prop. 25. $ER \frown ST = EN \frown ET$. summa tangentium complementi aequatur momento arcus ex radio basi parallelo, quadrabilis ergo, adde prop. 20. et alias passim.

Prop. 26. $NR \frown ST = EN \frown ES$. summa secantium complementi, demta summa sinuum, aequatur sinubus complementi in basin, seu duplex sector arcus (prop. 19.),

---

6 f. *Zu* Coroll. 1: adde prop. 28. *De ductibus*.

8 complementi. | Coroll. 3. Ergo sinus *streicht Hrsg.* | *L* 11 f. arcum *(1)* (quadrabilibus) *(2)* seu momento arcus ex | altitudine, radio *ändert Hrsg.* | (quadrabili) *L* 16 seu ... arcum *erg. L*

---

1 Prop. 23.: In der Ausformulierung des Satzes müsste es statt momento sinuum complementi und demtis sinubus vielmehr momento sinuum und demtis quadratis sinuum heißen. — Die Aussagen bezüglich der Quadrierbarkeit bleiben davon unberührt. 15 Coroll.: Diese Aussage ist unzutreffend.

demta summa sinuum; aequatur quadrilineo arcu, basi, radio et sinu complementi comprehenso.

Quod facile comprobatu, calculi nostri confirmatio est.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia EST et DEF. $\dfrac{DF}{ET} = \dfrac{DE}{ES} = \dfrac{EF}{ST}$.

P r o p. 27. $DF \frown ES = DE \frown ET$. Tangentes complementi in basin (spatium conchoeidale), demtis tangentibus semicomplementi in basin (id est per prop. 13. duplex sector, demtis tangentibus in basin, p r o p. 7., quadrabilibus, adde prop. 33.) aequantur secantibus complementi in arcum (prop. 24. spatio conchoeidali addito momento arcus ex radio [altitudini parallelo]) demto radio in arcum (seu duplici sectore).

Manifesta horum omnium aequatio est, documentum calculi veri.

P r o p. 28. $DF \frown ST = EF \frown ET$. summa tangentium complementi (quadrabilis) demta summa tangentium semicomplimenti aequatur tangentibus semicomplementi in arcum, adde prop. 14. et 34. 42.

P r o p. 29. $DE \frown ST = EF \frown ES$. summa secantium complementi (duplex sector), demto radio in altitudinem, aequatur tangentibus semicomplementi in basin, adde prop. 15. adde prop. 31.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: EST et DEG. $\dfrac{DE}{ET} = \dfrac{DG}{ES} = \dfrac{EG}{ST}$.

P r o p. 30. $DE \frown ES = DG \frown ET$. secantes complementi in basin (spatium hyperbolicum, intellige scilicet i n v e r s u m , id enim semper intelligendum est, ita tangentes complementi in basin sunt spatium conchoeidale inversum, sinus complementi in basin sunt spatium circulare inversum) demto radio in sinum, ae-

---

20 *Über* inversum: NB.

9 radio *(1)* basi parallelo *(2)* altitudine *L ändert Hrsg.* 15 complementi *(1)* quadrabilis, demta summa sinuum *(2)* (duplex sector) *L*

---

14 adde prop. 14. et 34. 42.: Leibniz bezieht sich auf die gestrichene Version der prop. 42.

quantur tangentibus complementi ad arcum demtis sinubus complementi in arcum seu momento arcus ex radio basi parallelo.

Sed cum per prop. 18. aequentur secantes complementi in basin et tangentes complementi in arcum, rursusque radius in sinum, et momentum arcus ex radio basi parallelo, prop. 4. Hinc rursus calculi veritas comprobatur.

P r o p. 31. $DE \frown ST = EG \frown ET$. summa secantium complementi (duplex sector) demto radio in altitudinem aequatur radio in arcum, demtis sinubus ad arcum, seu aequatur segmento arcus complementi duplicato.

Rursus comprobatio eorum, quae prop. 29.

P r o p. 32. $DG \frown ST = EG \frown ES$. summa tangentium complementi demta summa sinuum complementi, aequatur radio in sinum, demtis sinubus ad basin.

Hinc confirmatur quadratura sinuum ad basin, de qua prop. 12. et 23.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: EST et EGF. $\dfrac{EF}{ET} = \dfrac{EG}{ES} = \dfrac{FG}{ST}$.

P r o p. 33. $EF \frown ES = EG \frown ET$. Figura tangentium semicomplementi ad basin (seu portio conchoeidis contractae dimidiatae, seu figurae tangentium arcus dimidii, inversa) aequatur radio in arcum, demto momento arcus ex altitudine seu radio in altitudinem seu sinum ⟨versum⟩, adde prop. 13. 27. 35.

P r o p. 34. $EF \frown ST = FG \frown ET$. summa tangentium semicomplementi (seu figura inversa tangentium arcus dimidii) ad basin, aequatur momento arcus ex radio basi parallelo (seu momento arcus ex altitudine), demta figura tangentium semicomplementi (figura inversa tangentium arcus dimidii) ad arcum.

At per prop. 28. tangentes semicomplementi in arcum, aequantur summae tangentium complementi (quadrabili) demta summa tangentium semicomplementi. Ergo summa tangentium semicomplementi, aequatur momento arcus ex radio

---

14 (Segmentum quoddam circulare, vid. prop. 27.)

6 f. (duplex sector) *(1)* demta summa sinuum | complementi *gestr.* | (portione circulari) *(2)* demto *L* 8 seu . . . duplicato. *erg. L* 16 f. arcum, *(1)* demtis sinubus in arcum *(2)* demto momento arcus ex *(a)* radio basi parallelo *(b)* altitudine seu radio in altitudinem seu sinum | versum *Papierverlust erg. Hrsg.* |, adde *L* 20 (seu . . . altitudine) *erg. L*

basi parallelo addita summa tangentium semicomplementi, demta summa tangentium complementi.

Ergo momentum arcus ex radio basi parallelo, aequatur summae tangentium complementi, quod iam toties habuimus.

P r o p. 35. $EG \frown ST = FG \frown ES$. radius in altitudinem, demta summa sinuum, seu quadrilineum circulare concavum $BXGE$, aequatur sinubus complementi ad basin, id est quadrilineo supra dicto $ABEN$. demtis tangentibus semicomplementi ad basin.

Unde $0 = \dfrac{qry - 2qvy}{q - r} + 2y^2$. sive $0 = qry - 2qvy + 2y^2q - 2y^2r$. vel $qr + 2yq = 2vq + 2yr$.

Igitur $2vq = qr + 2yq - 2yr$. sive denique:

$$v = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q}.$$

Idem Huddenii methodo sic reperitur:

Aequatio est:

$$y^2 \qquad \frac{qry - 2qvy + qs^2}{q - r} \quad = \ 0.$$

10 f. pag. 255. *(1)* Ergo in ellipsi statim facilique *(2)* Placet *L* 13 ex natura ellipsis *erg. L*

17 f. +2yr. *(1)* Igitur qr−2yq+2yr = 2qv. Ac denique $\mathrm{v} = \dfrac{\mathrm{r}}{2} - \mathrm{y} + \dfrac{\mathrm{yr}}{\mathrm{q}}$. *(2)* Igitur *(a)* qr = 2yq−2yr+2qv. Ergo qr − 2 *(b)* 2vq *L*

1 f. Huddenii ratio: Im Folgenden setzt sich Leibniz mit dem Hudde'schen und dem Descartes'schen Verfahren, Tangenten bzw. Normalen zu bestimmen, auseinander. Neben den von Leibniz selbst genannten Stellen aus der *Geometria*-Ausgabe ist insbesondere noch J. HUDDE, *De reductione aequationum*, *DGS* I S. 436, zu nennen.

fiet per multiplicationem Huddenianam:

$$\begin{array}{ccccc} 2. & 1. & 1. & 0. & 0. \\ \hline 2y^2 & \dfrac{+qry-2qvy}{q-r} & + & 0 & = 0. \end{array}$$

Hinc ecce aequationem eandem cum aequatione a Cartesio inventa:

$$0 - 2y^2 \;=\; \frac{+qry - 2qvy}{q-r}.$$

Caeterum videndum est quemadmodum datis abscissa AM applicata MC inveniri possint tangentes CH, sive perpendiculares PC, sive reductae PM, sive productae AH. Ita vicissim ope tangentis solius, vel perpendicularis solius, vel reductae solius, vel productae solius, ac praeterea abscissae, inveniri possit applicata. Et ut facilior haec sit inquisitio, retento exemplo praecedente, tentemus regressum.

Ponamus ergo ex cognitis PM. quas reductas voco, quaerendas applicatas CM. Cum autem sit PA vel $v = \dfrac{r}{2} + y - \dfrac{yr}{q}$. erit

$PM = \dfrac{r}{2} + y - \dfrac{yr}{q}\ -y$. seu $PM = \dfrac{r}{2} - \dfrac{yr}{q}$. sive $PM = \dfrac{qr-2yr}{2q}$.

Unde manifestum est locum omnium PM fore lineam rectam, et si rectae AM velut altitudini applicatae intelligantur, incidere omnes in figuram rectilineam.

5 est *(1)* an haec tangentium method *(2)* quemadmodum datis *(a)* applicatis *(b)* abscissa *L* 6 sive reductae PM, sive productae AH *erg. L* 7 f. ope *(1)* tangentium | solarum *erg.* |, vel perpendicularium | solarum *erg.* |, vel reductarum, vel productarum, inveniri queant *(a)* soli *(b)* una nimirum ex aliqua *(2)* tangentis solius, vel perpendicularis solius, vel reductae | solius *erg.* |, vel productae | solius *erg.* |, ac *L* 12 $-$y. *(1)* et quia per naturam ellipsis: $xx = ry - \frac{r}{q}yy$. vel $xxq = ryq - ryy$. vel $\frac{xxq}{r} = yq - ryy$. conemur *(a)* iungere *(b)* inserere hanc aequationem priori: $0 = qry - 2qvy + 2y^2q - 2y^2r$. vel sic potius: $\underbrace{qry - yyr}_{xxq} - 2qvy + 2y^2q - yyr = 0$. Erit $xxq + 2y^2q = 2qvy - yyr$. *(2)* seu *L* 14 in *(1)* triangulum AMP. *(2)* figuram rectilineam *L*

---

6 productae AH: Dies weicht vom üblichen Gebrauch ab; mit producta bezeichnet Leibniz gemeinhin die ganze Subtangente MH.

Cuius ut constitutio intelligatur, posita AM minima seu $y = 0$. erit $PM = \frac{r}{2}$. seu lateri recto dimidio, quae ad A applicata esto AI.

Similiter in L. ellipsis centro erit $y = \frac{q}{2}$. Ergo $PM = \frac{qr - 2yr}{2q}$. erit $\frac{qr}{2q} - \frac{2qr}{4q}$ sive $\frac{r}{2} - \frac{r}{2} = 0$.

Ergo figura omnium PM erit triangulum LAI. cuius basis dimidium latus rectum ellipsis, altitudo dimidium latus transversum.

Ponamus iam datum esse locum omnium PM. quemadmodum datus est locus omnium AM (qui ipso PM applicatus semper triangulum exhibet), quaeri autem locum omnium CM. seu ipsam figurae $MCEA$ naturam.

Ergo ut ante posita $CP = s$. $PA = v$. et $PM = v - y$. erit

$$PM^2 = v^2 + y^2 - 2vy \;\text{ vel }\; \frac{r^2}{4} + \frac{y^2 r^2}{q^2} - \frac{\cancel{2}yr^2}{\cancel{2}q}.$$

quoniam scilicet altera ex his, nempe vel PM, vel PA seu v. vel y seu AM. elidi potest.

Huic PM^2 addatur $CM^2 = x^2$, fiet $s^2 = \frac{r^2}{4} + \frac{y^2 r^2}{q^2} - \frac{yr^2}{q} + x^2$.

Sed quoniam x quaeritur, ut methodus duplicum radicum aequalium commodius adhiberi queat, de integro ordiendum, quaerendamque ellipsis tangentem arbitror, non y, sed x assumto, atque y eliminato.

Nimirum $s^2 = x^2 + v^2 - 2vy + y^2$. Iam quia $xxq = ryq - ryy$. porro ex aequatione priore sequitur esse $y = v - \sqrt{s^2 - x^2}$, haec ergo ipsius y definitio in locum eius in secunda aequatione substituatur:

2 f. AI. *(1)* et *(a)* triangulum *(b)* figura, omnes MP. comprehendens erit trapezium MPAI. portio trianguli LAI. cuius vertex L. in ellipsis centro, *(aa)* quoniam L. *(bb)* quoniam tunc y $= \frac{q}{2}$. ergo $\frac{qr - 2yr}{2q} = \frac{r}{2} - \frac{\frac{\cancel{2}\cancel{q}r}{\cancel{2}}}{2\cancel{q}} = \frac{r}{2}$. *(2)* Similiter L 15 queat, *(1)* ab initio statim, *(2)* de L

fiet: $xxq = rqv - rq\sqrt{s^2 - x^2}, -rv^2 - rs^2 + rx^2 + 2rv\sqrt{s^2 - x^2}$. vel

$$\begin{array}{llllllll} x^2q = & rqv & -\sqrt{s^2r^2q^2 - r^2q^2x^2} & - rv^2 & + rx^2 & [-rs^2] & + \sqrt{4r^2v^2s^2 - 4r^2v^2x^2}. \\ 2x^2q = & 0 & +rqx & - 0 & + 2rx^2 & [-0] & -2rvx. \end{array}$$

Unde fieret: $2x^2q = rqx + 2rx^2 - 2rvx$. vel $2x^2q + 2rvx = rqx + 2rx^2$. vel:

$$\cancel{2}\cancel{r}v\cancel{x} = \frac{rqx + 2rx^2 - 2x^2q}{2rx}. \text{ sive } = \frac{\cancel{r}q}{2} + \cancel{2}x - \frac{xq}{r} = v.$$

Unde sequitur: $\frac{q}{2} + x - \frac{xq}{r} = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q}$. seu $x - \frac{xq}{r} = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q} - \frac{q}{2}$. et $x = \dfrac{\frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q} - \frac{q}{2}}{1 - \frac{q}{r}}$. Quod cum sit absurdum, errorem in calculo esse necesse est. Credo in eo quod surdos per exponentes ipsius x multiplicavi.

Possumus autem eliminare surditates, si ponamus $\underset{\odot}{\sqrt{s^2r^2q^2 - r^2q^2x^2}}$ cum $\underset{☽}{\sqrt{4r^2v^2s^2 - 4r^2v^2x^2}}$ ab una aequationis parte, caetera ab altera, et utrumque quadremus, reliquum appellemus ☿ fiet $\odot$ + ☽ $- 2\sqrt{\odot}$ ☽ = ☿. Unde duae surditates reductae ad unam quae denique eliminatur, nam $0 - 2\sqrt{\odot}$ ☽ = ☿ $- \odot -$ ☽ ideoque [$4\odot$ ☽] = $\underbrace{☿ - \odot - ☽}\,\square$. Sed haec prolixiora, quam ut iis insistere opus sit, brevius cum ostensum sit $PM = \frac{r}{2} - \frac{yr}{q}$. substituendo x pro y. Quod ut fiat consideranda aequatio: $x^2 = ry - \frac{r}{q}yy$.

Ergo $0 - x^2 = \frac{r}{q}y^2 - ry$. Pone $\frac{r}{q} = \frac{1}{4}$. erit $r^2\cancel{+0} - x^2 = \frac{r}{q}y^2 - ry + r^2$.

Ergo $\sqrt{\ }r^2 - x^2 = 2\frac{r}{q}y - r$. Ergo in eo casu: $\dfrac{\sqrt{r^2 - x^2}, +r}{2\frac{r}{q}} = y$.

2 $-$rs^2 *erg. Hrsg.* 3 -0 *erg. Hrsg.* 12 $2\sqrt{\odot}$ ☽ *L ändert Hrsg.*

1 fiet: die folgende Rechnung ist fehlerhaft und führt schließlich auf die von Leibniz bemerkte Unstimmigkeit.

Imo idem fieri potest in omni ellipsi, nam si data sit aequatio: $0 - x^2 = \frac{r}{q}y^2 - ry$, addendo utrobique $\frac{q}{2r}r^2 = \frac{qr}{2}$; fiet

$$\sqrt{\frac{qr}{2} - x^2} = \overset{(\sqrt{\frac{r}{q}}\ y)}{\sqrt{\frac{ry^2}{q}}} - \sqrt{\frac{qr^{\cancel{2}}}{2\cancel{r}}}.$$

Nam haec in se ducta dant: $\frac{r}{q}y^2 - ry + \frac{qr}{2}$. Ergo $\sqrt{\frac{qr}{2} - x^2} + \sqrt{\frac{qr}{2}} = \sqrt{\frac{ry^2}{q}}$. Ergo $\dfrac{\sqrt{\frac{qr}{2} - x^2} + \sqrt{\frac{qr}{2}}}{\sqrt{\frac{r}{q}}} = y$. sive

$$\sqrt{\frac{q^2}{2} - \frac{x^2q}{r}} + \underset{\frac{q}{\sqrt{2}}}{\underset{\bigwedge}{\sqrt{\frac{q^2}{2}}}} = y.$$

Ponamus nos figuram seu locum applicatarum, quaerere ex dato loco reductarum, idque in ellipseos exemplo tentemus.

Primum posito $MA = y$. et $CM = x$. et $PC = s$. et $AP = v$. et $PM = v - y$. erit $PM^2 = v^2 + y^2 - 2vy$. et $CM^2 = x^2$. Ergo $s^2 = v^2 + y^2 - 2vy + x^2$. Cum autem

---

8–590,3 *Daneben am Rande:*

$$y^2 = ax. \quad \frac{y^2}{a} = x. \quad \text{sive} \quad \frac{y^4}{a^2} = x^2. \quad \text{Ergo} \quad \frac{\frac{y^4}{a^2}}{y} = \frac{y^3}{a^2}.$$

588,17–589,1 y. *(1)* Memorabile hoc videtur, esse quoddam ellipseos genus, praeter circulum, in qua tam *(a)* applicata ad abscissam *(b)* applicata, quam abscissa pura relatione explicari potest, scilicet, quando latus transversum recti quadruplum est. Idem in aliis figuris *(aa)* explicari *(bb)* tentari potest. *(2)* Imo *L*

---

1 f. addendo utrobique: anstelle von $\frac{qr}{2}$ müsste es $\frac{qr}{4}$ heißen. — Leibniz rechnet mit dem Versehen konsequent weiter.

quaeramus relationem x ad y. ponatur x esse ξy. fiet:

$$s^2 \quad = \quad v^2 \quad + \quad y^2 \quad - \quad 2vy \quad + \quad \xi^2 y^2.$$

In qua aequatione cum sint duae radices aequales fiet:

$$0 \quad = \quad 0 \quad + \quad 2y^2 \quad - \quad 2vy \quad + \quad 2\xi^2 y^2.$$

Ergo $2y^2 + 2\xi^2 y^2 = 2vy$. atque ideo $v = y + \xi^2 y = v$. Ergo PM seu $v - y = \xi^2 y$. Atqui idem $PM = \dfrac{r}{2} - \dfrac{yr}{q}$. Ergo $\xi^2 y = \dfrac{r}{2} - \dfrac{yr}{q}$. Ergo $\xi^2 y^2$ vel $x^2 = \dfrac{ry}{2} - \dfrac{y^2 r}{q}$. Deberet esse: $ry - \dfrac{y^2 r}{q}$. error ergo, non calculi, sed methodi, quia scilicet in isto $\xi^2 y^2$ non potest sciri quot unitatum sit exponens ipsius y. quia in ipso ξ^2 latet quoddam y.

Ergo nos ad Cartesii methodum duarum radicum aequalium, potius quam Huddenianam, recurrere debere arbitror.

Nimirum $\quad s^2 - v^2 - y^2 + 2vy - \xi^2 y^2 = 0$. et $y^2 + e^2 - 2ye$, etiam 0.

ergo: $\quad s^2 - v^2 - y^2 + 2vy - \xi^2 y^2 = y^2 + e^2 - 2\cancel{ye}y^2$.

Ergo $\quad s^2 - v^2 - \cancel{y^2} + 2vy - \xi^2 y^2 = \cancel{y^2} + e^2 - \cancel{2y^2}$.

Ergo $\quad s^2 - v^2 + 2vy - \xi^2 y^2 = y^2$.

$$\xi^2 y^2 + y^2 + v^2 - 2vy$$

Ergo $\quad \xi^2 y^2 + \cancel{y^2} + \cancel{v^2} - \cancel{2vy} - \cancel{v^2} + \cancel{2vy} - \xi^2 y^2 = \cancel{y^2}$.

Verissima quidem, sed quibus nihil explicari patet. Tollatur ergo iam v ex aequatione, quoniam eius comparatio cum y cognita est.

Est autem $v = \dfrac{r}{2} + y - \dfrac{yr}{q}$. Ergo erit $v^2 = \dfrac{r^2}{4} + ry - \dfrac{yr^2}{q} + y^2 - \dfrac{2y^2 r}{q} + \dfrac{y^2 r^2}{q^2}$. et $2vy = ry + 2y^2 - \dfrac{2y^2 r}{q}$. fiet:

$$s^2 - \frac{r^2}{4} - \cancel{ry} + \frac{yr^2}{q} - \cancel{y^2} + \frac{2y^2 r}{q} - \frac{y^2 r^2}{q^2} + \cancel{ry} + \cancel{2y^2} - \frac{2y^2 r}{q} - \xi^2 y^2 = \cancel{y^2}\ 0.$$

Sed nihil ex hac quoque aequatione duci potest, quoniam si s^2 explicandum sit, omnia tolluntur.

5 $= v$. *(1)* At iam aliunde constat esse *(2)* Ergo *L*

Videamus an reverti liceat ad methodum Huddenianam sed aliam.

Aequatio ista: $s^2 - v^2 - y^2 + 2vy - \overset{\overset{\xi^2 y^2}{\vee}}{x^2} = 0$. duas habet radices aequales, multiplicetur per progressionem arithmeticam, ubi prius recte fuerit ordinata. Sed malum in eo est, quod recte ordinari non potest, cum exponens verus ipsius y in termino $\xi^2 y^2$, non sit notus quia y ipsi ξ implicatum est.

[*Zusatz 1*]



[*Fig. 2*]



[*Fig. 3*]

Differentia inter applicatam circuli et hyperbolae:

$$\sqrt{2ax + x^2} - \sqrt{2ax - x^2} \sqcap z.$$

fiet: $\boxed{2ax} + \underset{\odot}{2}x^2 \sqcap z^2 + 2z\sqrt{2ax - x^2}\,\boxed{+2ax}\,\boxed{-x^2}$.

Ergo $4z^2 \frown 2ax - x^2 \sqcap 4x^4\,\boxed{-4z^2x^2} + z^4 \sqcap 8z^2ax\,\boxed{-4z^2x^2}$.

Aliter $\sqrt{a^2 + y^2} - \sqrt{a^2 - y^2} \sqcap v$, unde $\sqrt{a^2 + y^2} \sqcap v + \sqrt{a^2 - y^2}$, sive $\boxed{a^2} + y^2 \sqcap v^2 + 2v\sqrt{a^2 - y^2}\,\boxed{+a^2} - y^2$, sive $2y^2 - v^2 \sqcap 2v\sqrt{a^2 - y^2}$, et quadrando $4y^4\,\boxed{-4y^2v^2} + v^4 \sqcap 4v^2a^2\,\boxed{-4v^2y^2}$. Ergo $\cancel{2}y^2 \sqcap \dfrac{v}{2}\sqrt{[4a^2] - v^2}$. $\dfrac{4y^4}{v^2} \sqcap 4a^2 - v^2 \sqcap 2a - v \frown 2a + v$.

Patet ante omnia figurae differentiarum quadratorum summam; pendere a momento segmenti ex centro.

1+3 methodum *(1)* Hugenianam *(2)* Huddenianam | sed aliam *erg.* |. Aequatio L 4 ordinata. | Sed hic rursus subesse. *streicht Hrsg.* | Sed L 15 a^2 L *ändert Hrsg.* 16 differentiarum *(1)* dari momentu *(2)* quadratorum L

$$y \sqcap \sqrt{\frac{v}{2}\sqrt{[4a^2] - v^2}}.$$

Iam v ista investigabimus:

$$v^4 - 4v^2a^2 + a^4 \sqcap a^4 - 4y^4.$$

Unde $a^2 - v^2, \frown a^2 - v^2 \sqcap a^2 - 2y^2 \frown a^2 + 2y^2,$
sive $a + v, \square, \frown a - v\square \sqcap a + y\sqrt{2} \frown a - y\sqrt{2}, \frown a^2 + 2y^2;$
$\pm v^2 \mp a^2 \sqcap \sqrt{a^4 - 4y^4}$, et $v \sqcap \sqrt{\pm\sqrt{a^4 - 4y^4} + a^2}$.

$4y^4 \sqcap 4v^2a^2 - v^4$, unde $16y^3l \sqcap 8v^2a^2 - [4v^4]$. Ergo $l \sqcap \dfrac{8v^2a^2 - [4v^4]}{16y^3}$.

$\dfrac{l \pm y}{z} \sqcap \dfrac{l}{v}$. Ergo $z \sqcap \dfrac{lv \pm yv}{l}$.



[*Fig. 4*]

Ope differentiarum inter duas figuras commensurabiles, novae habentur quadraturae, v. g. $\dfrac{2ay^2}{y^2 + a^2} \sqcap x$. Ergo $y^2x + a^2x \sqcap 2ay^2$. $y^2 \frown x - 2a, +a^2x \sqcap 0$, pone $x - 2a \sqcap z$, fiet $y^2z + a^2z + 2a^3 \sqcap 0$.

Differentia inter $y \sqcap \sqrt{\dfrac{a^2x}{2a - x}}$. et inter $\sqrt{2ax - x^2}$[:]

$$\sqrt{2ax - x^2} \sqcap \sqrt{\frac{a^2x}{2a - x}} + z.$$

1 a^2 *L ändert Hrsg.* 7 v^4 *L ändert Hrsg. zweimal* 12 f. $\sqcap 0.$ | In parabola: $y^2z - a^2z + 2a^3 \sqcap 0.$ *streicht Hrsg.* | Differentia *L*

4 Unde: Auf der linken Seite der Gleichung vernachlässigt Leibniz den Term $-2v^2a^2$ und löst nun diese vereinfachte Gleichung auf. 9 [*Fig. 4*]: Die grob gezeichnete Merkfigur entspricht nicht den Gegebenheiten des Textes. — Für eine graphisch korrekte Darstellung vgl. *LSB* III, 1 S. 156.

Unde $2ax - x^2 \sqcap \dfrac{a^2x}{2a-x} + 2z\sqrt{\dfrac{a^2x}{2a-x}} + z^2$. sive $2ax - x^2 - \dfrac{a^2x}{2a-x} - z^2 \sqcap 2z\sqrt{\dfrac{a^2x}{2a-x}}$. Sed nihil inde.

[*Zusatz 2*]

$\sqrt{aa+yy} - \sqrt{aa-yy}$ *aequ.* z. Ergo $2aa + \sqrt{a^4-y^4}$ *aequ.* zz. Seu $\sqrt{a^4-y^4}$ *aequ.* $zz - aa$. Seu $\sqrt{aa+yy}$. $\sqrt{a+y}$. $\sqrt{a-y}$ *aequ.* $\overline{z+a}$. $\overline{z-a}$.

Momentum figurae ex axe coniugata datur ex data $\int \overline{\sqrt{a^4-y^4}}\ \overline{dy}$. Sit $\boxed{a^4} - y^4$ *aequ.* $z^4 \boxed{+a^4} - 2zzaa$. et fit: $2zzaa$ *aequ.* $z^4 + y^4$. seu yy *aequ.* $z\sqrt{2aa-zz}$. Et y *aequ.* $\sqrt[2]{z}\sqrt[4]{2aa-zz}$.

$\sqrt{bb+cyy} + \sqrt{dd+eyy}$ *aequ.* z. fiet: $bb + cyy$ *aequ.* $zz + dd + eyy - 2z\sqrt{dd+eyy}$. Ergo $b^4 + 2bbcy^2 + ccy^4 + z^4 + 2zzdd + 2zzeyy + d^4 + 2ddeyy + eey^4 - 2bbzz - 2bbdd - 2bbey^2 - 2cy^2zz - 2cy^2dd - 2cey^4 - 4zzdd - 4zzeyy$ *aequ.* 0.

Tollamus $zzeyy$, faciendo $+2e - 2c - 4e$ *aequ.* 0. seu c *aequ.* $-e$. ita tollamus alia quam volumus.

5 f. $\overline{\mathrm{z-a}}$. *(1)* $\mathrm{z+a}$ aequ. $\sqrt{\dfrac{\mathrm{a^4-y^4}}{\mathrm{z-a}}}$. Ergo momentum ipsius | *(a)* ordi *(b)* abscissae *erg.* | $\mathrm{z+a}$. ex $\mathrm{z-a}$. *(2)* Momentum *L*

4–8 Leibniz beginnt mit dem Ansatz von S. 591 Z. 13. Aufgrund von Flüchtigkeiten und Vereinfachungen ist das Ergebnis mit der Ausgangsgleichung nicht kompatibel.

36. FINES GEOMETRIAE
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 II 1 Bl. 256. 1 Bl. 2°. 1 1/4 S. auf Bl. 256 r° und v°. Auf dem übrigen Teil des Blattes *LBS* VII, 1 N. 115.
Cc 2, Nr. 552

Datierungsgründe: Leibniz spricht in diesem Stück von seiner methodus transmutandarum figurarum, eine Anspielung auf den im 1. Halbjahr 1673 gefundenen Transmutationssatz (vgl. *LSB* III, 1 S. 115 f.). Das Wasserzeichen des Papiers ist bis August 1673 bezeugt.

Fines geometriae, seu classes problematum (omne enim theorema propter problema est) describere figuras; metiri figurarum datarum quantitates, invenire figuras quantitatis desideratae.

Horum porro omnium rursus tres sunt gradus, est enim geometria vel Euclidea, vel Apolloniana (quam Vieta et Cartesius resuscitavere), vel Archimedea, cui Guldinus, Cavalerius, aliique incubuere.

Euclidea ducit, metiturque rectilineas, invenitque figuras quantitatis desideratae rectilineas, quoties ratio quaesitarum ad datas haberi potest, seu quoties problema est planum, ductuque rectarum et circuli solvi potest.

Sed quoniam interdum rectilinea quantitatis desideratae inveniri non possunt nisi aliis quibusdam curvis, seu locis, quos vocant descriptis, eam provinciam Apollonius praeclare exornavit, et Vieta, Cartesius, Slusiusque amplificavere.

Caeterum ad geometriam Apollonianam dimensione figurarum curvarum, opus non est, sed sufficit eas describi posse, et tangentes earum inveniri quare saepe miratus sum a doctissimis viris, sed qui scilicet hoc unum agitavere geometriam Apollonianam pro absoluta ac perfecta venditari.

Commune istud est eorum peccatum, qui in Cartesii verba iuravere: ita enim ille saepe loquitur splendidius sane quam verius; methodo sua geometriam ad perfectionem perductam esse, quanta ab homine optari possit; nullum esse problema, cuius non aut

10 est) *(1)* invenire, scilicet puncta; describere scilicet locos, seu seriem punctorum infinitam; ac denique comparare, seu metiri figuras, constituereque *(2)* velut subiectum contemplationis, invenire loca, invenire quantitates desideratas, *(3)* describere *L* 27 problema, *(1)* quod eius ope aut solvi non queat *(2)* cuius *L*

solutionem aut solvendi impossibilitatem monstret. Certas sibi rationes esse praescribendi limites intellectui, definiendique quicquid aliquando inveniri possit.
Sed quantopere in eo negotio lapsus sit, vir caetera utique magnus, docuit eventus. Crediderat enim arte humana curvam rectae aequalem inveniri non posse quod in *Geometria* diserte satis expressit, forte quod ex ea quam sequebatur geometriae methodo, cui nihil addi posse putabat aditus et ad hanc speculationem nullus aperiretur. At Wrennus certe ac Heuratius ac novissime Hugenius praeclaris speciminibus, spem intellectui humano reddidere.
Constat Cartesium inveniendae dimensioni areae cycloeidis imparem, donec eius quantitas a Robervallio demonstrata, ei a Mersenno, (quanquam sine demonstratione) transmissa est.

Cuius rei ratio est (operae pretium enim est, intimas scrutari harum rerum causas, cum eas nemo satis persecutus sit), quia algebra quam hactenus habemus in surdarum calculo imperfecta est. Nam quis mortalium duas quasdam radices surdas

$$Rq\ a^2+b^2. + Rq.\ a^2+c^2.$$

in unam quandam, quanquam compositam seu binomiam redigere potest? At hoc plerumque in curvilineorum dimensione requiritur.

Alterum est quod per binomia vel residua dividi non potest quemadmodum per ea potest multiplicari, nam ex $a, \frown b+c.$ fieri possunt plures producti uninomii, $ab+ac.$ at si divisor sit binomius, ut

$$\frac{a}{b+c}$$

producti uninomii haberi non possunt nisi numero infiniti. Quorum summa iniri quidem potest, sed quae binomium datum nobis reddit.
Magni tamen usus hoc est ad approximationes quod Mercator in quadratura hyperbolae ostendit; ego in quadratura circuli exacta sed arithmetica, et sectione angulorum univer-

9 areae *erg.* *L* 20–22 binomius, *(1)* ex eo divisores *(2)* ut $\frac{\mathrm{a}}{\mathrm{b+c}}$ *(a)* divisores uninomii ex eo *(b)* producti *L* 23 f. reddit. *(1)* Cuius tamen maximus est usus ad approximationes *(2)* Magni *L* 25 exacta sed arithmetica *erg.* *L* 25–596,1 universali, *(1)* scilicet arithmetica per approximationes *(2)* non *L*

5 expressit: R. DESCARTES, *Geometria*, *DGS* I S. 39. 8 reddidere: s. Chr. HUYGENS, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 68–72 (*HO* XVIII S. 202–211). 10 f. transmissa: Mersenne – Descartes, Brief vom 28. April 1638, in: R. DESCARTES, *Lettres*, Bd 3, 1667; S. 380–384 (*DO* II S. 116–122; *MCW* VII S. 173–179). 25 ostendit: N. MERCATOR, *Logarithmotechnia*, 1668, S. 31–34.

sali, non exacta quidem, sed per approximationes, expeditissimas tamen idem, ingenti opinor fructu, exhibebo.

Tertium quod observavi malum est imperfectio arithmeticae serierum, et quae ab ea pendet arithmeticae infinitorum; quoties quadratura alicuius figurae reducta est ad infinitam seriem numerorum rationalium (rationalium inquam, surdi enim sunt intractabiles).

Quod primus omnium in hyperbola praestitit Vicecomes Bruncker, Societatis Regiae Anglicanae praeses, geometra insignis, in circulo autem hactenus, nemo, donec a me quoque eius rei ratio excogitaretur, qua circulum (et ellipsin) ad quanquam figuram hyperboloeidem reduxi, et ostendi serie quadam numerorum rationalium infinitorum exacte exhiberi posse circuli imo et segmenti cuiuslibet magnitudinem. Unde sequitur vera et exacta (id est non per approximationes), attamen arithmetica tantum quadratura, et quanquam per approximationes (sed expeditissimas), sectio angulorum universalis, et quotcunque mediarum proportionalium inventio, cubique, ac surdesolidi, altiorisque cuiuscunque potestatis duplicatio, triplicatiove etc.; et ut verbo dicam p e r f e c t i o g e o m e t r i a e i n u s u c o m m u n i v e r s a n t i s.

Sed haec aliquando fusius dicam, peculiari dissertatione de a p p r o x i m a t i o n i b u s , s e u p e r f e c t i o n e g e o m e t r i a e i n u s u v e r s a n t i s. Nunc admonuisse sufficit, hanc arithmeticae infinitorum imperfectionem, quod omnes series infinitas numerorum rationalium in summam colligere nequit, redundare in geometriam.

Neque hic algebra sufficit, nisi ei ars combinatoria succurrat.

Haec sunt quae faciunt, ut hactenus in potestate artificis non sit, datam figuram curvam metiri. Quare data quadam figura, cuius resolutio nos in surdas ducit, eousque transformanda est, donec eliminatis surdis ad infinitam seriem rationalium numerorum redigatur, qui primus est ad quadraturam gradus.

3 et *(1)* inprimis *(2)* quae *L* 9 (et ellipsin) *erg. L* 21 f. succurrat. *(1)* His ita positis, fit ut non sit in potestate artificis, invenire *(2)* Haec sunt quae faciunt, | fit *streicht Hrsg.* | ut *L* 23 metiri. *(1)* Necesse est enim fig *(2)* Quare *L* 24 eliminatis surdis *erg. L*

7 praestitit: W. Brouncker, *The squaring of the hyperbola*, in: *Philosophical Transactions* Bd III, Nr. 34 vom 23. April/3. Mai 1668, S. 645–649. 10 reduxi, et ostendi: vgl. N. 27 Teil 3.

Et regula est generalis a me inventa: omnis figura plana curvilinea, cuius solidum revolutione genitum, circa altitudinem basinve, quemadmodum et solidum cuiuslibet partis eius a vertice revolutionis abscissae, reduci potest ad cylindrum, quod in circulo, ellipsi, hyperbola, cycloeide, figura sinuum, aliisque multis fieri potest, reduci potest ad speciem quandam hyperboloeidis, seu infinitam seriem numerorum rationalium; quod est arithmeticam eius, (exactam tamen) quadraturam dare.

Atque haec quidem dimetiendarum figurarum methodus recta est, est et alia obliqua, et fortuna subnixa, cum figura mutatur in aliam figuram, donec tandem in quadrabilem incidamus. Hoc sane hactenus factum est casu, sed qui certam quandam methodum exhibuerit transmutandarum figurarum, quam nihil effugiat, nemo comparuit. Hanc ego ausim dicere a me detectam, fontesque apertos, geometriae Archimedeae quos qui persequatur, efficere possit, quod in geometria Apolloniana iactatur, solvere problema, aut ostendere insolubilitatem.

Mira res est, et summae facilitatis, ac ne contemplationi quidem intricatissimae curvarum obnoxia; eo usque ut ex simplici quodam diagrammate, in quo nihil nisi circulus et aliquot rectae sese intersecantes depictae erunt, deduxerim, triginta et ultra propositiones admirandas, quibus curvilinea plurima, partim quadrantur partim in alia curvilinea commutantur methodo tam facili, ut non nisi rectilinea per Euclidea *Elementa* tractari videantur.

Tota res nititur triangulo quodam orthogonio laterum infinite parvorum, quod a me appellari solet c h a r a c t e r i s t i c u m , cui alia communia, laterum assignabilium, similia, ex proprietate figurae constituantur. Ea porro triangula similia characteristico comparata, exhibent propositiones multas, pro tractabilitate figurae, quibus diversi generis curvae inter se comparantur. Pauca sunt, quae ex hoc t r i a n g u l o c h a r a c t e r i s t i c o non deducantur.

Ars autem combinatoria praestare potest ut nihil effugiat. Atque ita secure pronuntiari potest, etiam de problematum possibilitate quamdiu scilicet arithmetica surdorum, atque infinitorum, separata opera non perficiuntur.

1 a me inventa *erg. L* 20 triangulo *(1)* assignabili quodam, quod a inassi *(2)* quodam orthogonio *L* 27 potest, | non *gestr.* | etiam *L*

---

1 regula ... a me inventa: vgl. dazu N. 17 S. 340 Z. 8 f. 16 triginta et ultra: s. vor allem N. 27. — Das charakteristische Dreieck hat Leibniz bei seinen Studien zu Pascals *Lettres de A. Dettonville*, 1659, gefunden; vgl. dazu N. 10.

37. DE PARABOLOEIDUM ET HYPERBOLOEIDUM QUADRATURA I
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 II 1 Bl. 239. 1 Bl. 4°. 2 S.
Cc 2, Nr. 693

Datierungsgründe: Das vorliegende und die beiden folgenden Stücke stehen in engem inneren Zusammenhang; sie sind jeweils Vorstufen voneinander und sind offenbar nach N. 26 und N. 27 entstanden. Aufgrund des Wasserzeichens des Papiers müssen sie vor N. 40 von August 1673 liegen.



fig. 1.



fig. 2.

Sunto tria in axe producto puncta, unum (A) quo occurrit applicatae, alterum quo tangenti (B), tertium (C) quo perpendiculari, hinc lineae AB et AC, aio hanc regulam esse generalem[:]

Applicata semper est media proportionalis inter AB et AC.

Ergo si y sit applicata, et x sit abscissa, habeatque AB constantem semper rationem ad abscissam, ut in hyperboloeidibus et paraboloeidibus[,] ea ratio ponatur esse β. Ergo $\dfrac{y^2}{x\beta} = AC$.

11 proportionalis *(1)* | inter *nicht gestr.* | punctum *(2)* li *(3)* inter *L*

Quod si iam ex natura curvae $y^2 = ax$. erit $AC = \frac{ax}{\beta x} = \frac{a}{\beta}$. Et quia β est ratio exponentium potestatis x et y. $= 2$. erit $\frac{a}{\beta} = \frac{a}{2}$.

At quid si $y^3 = ax^2$. erit $y^2 = \frac{ax^2}{y}$. (vel $y = \frac{ax^2}{y^2}$. vel $1 = \frac{ax^2}{y^3}$.) ideoque $AC = \frac{ax^2}{\beta xy} = \frac{ax}{\beta y}$. Iam hoc loco $\beta = 3$. ideo $\frac{ax}{3y} = AC$. Ergo $AC^3 = \frac{a^3x^3}{9y^3}$. et pro y^3 substituendo ax^2 fiet $AC^3 = \frac{a^3x^3}{9ax^2} = \frac{a^2x}{9}$. Ergo $AC = \frac{\sqrt{a^2x}}{3}$. Hinc memorabile est, si aequatio curvae $ax^2 = y^3$. tunc determinationem ipsius AC, fore $\frac{\sqrt{a^2x}}{3}$.

Contra, si aequatio curvae $a^2x = y^3$, erit $y^2 = \frac{a^2x}{y}$. Ergo AC vel $\frac{y^2}{x\beta}$ erit $= \frac{a^2x}{\beta xy} = \frac{a^2}{\beta y}$.

(Ideoque [locus] omnium AC in curva ista, ad basin applicatarum, erit hyperbola. Eodemque modo in aliis orietur hyperboloeis, ubicunque x tollitur[;] cum contra, ubi x manet, alia quaedam paraboloeis sit locus omnium AC, ut in praecedenti, ubi $AC = \left[\frac{2\sqrt{_c\ a^2x}}{3}\right]$. seu applicata parabolae cubicae. Ergo [locus] omnium AC hic quadrari potest, at ubi est $\frac{a^2}{\beta y}$ pendet eorum summa ad basin ex quadratura hyperbolae[;] sed ad altitudinem, potest opinor etiam quadrari, quod apparebit, si auferemus y ut mox sequetur.)

Iam si $AC = \frac{a^2}{\beta y}$. Ergo $AC^3 = \frac{a^6}{\beta^{[3]}y^3}$. vel (quia $y^3 = a^2x$.) $\frac{a^6}{[\beta^3]a^2x} = \frac{a^4}{[\beta^3]x}$. Ergo hoc casu [locus] AC est genus quoddam hyperboloeidis altioris, si axi applicentur, ut est hyperbola communis, si applicentur basi.

9 summa *L ändert Hrsg.* 11 $\frac{\sqrt{a^2x}}{3}$ *L ändert Hrsg.* 12 summa *L ändert Hrsg.* 15 *fehlende Faktoren erg. Hrsg.* 16 casu | summa *erg., ändert Hrsg.* | AC *L* 17–600,1 basi. *(1)* Hinc *(2)* NB. *(3)* Omnium *L*

3–6 Hier begeht Leibniz verschiedene Flüchtigkeitsfehler; bei richtiger Rechnung müsste sich $AC = \frac{2\sqrt{_c\ a^2x}}{3}$ ergeben.

Omnium AC axi applicatarum solidum haberi potest ex vertice, modo summa haberi possit quadratorum AY seu applicatarum paraboloeidis nostrae ($a^2x = y^3$.) ad axem. Ratio est quia $AC \frown AB$ (vel $AC \frown AX\ \beta$) $= AY^2$. At summa horum quadratorum ita habebitur:

Datur momentum huius paraboloeidis ex vertice, datur et eius quadratura, ergo eius centrum gravitatis, ergo et momentum ex ipsa AX, seu quadrata omnium AY. sed momenta omnium $[AC]$ ex X aliunde habentur, sunt enim summa omnium a^2.

Iam intelligantur omnia inversa, et fig. 2. relationem quaeri omnium curvae punctorum, non ad lineam AX, sed ad lineam AY.

Tunc BX tangens curvae in puncto X erit infinita, quia CX coincidit cum AX, et ideo BX parallela AB, ideoque infinita. Sed hoc non contingit in quolibet puncto X, sed tum demum cum AX est axis figurae. AY enim axis non est, etsi sit altitudo.

Porro ut investigemus AX, posito AY velut cognito, et $[Y]$ puncto inimmutabili, cum sit $a^2x = y^3$. alia nunc instituenda aequatio est, in qua y ipsi a misceatur, x separatim inquiratur. Ergo $\dfrac{y^3}{a^2} = x$. Quod si sit $ax^2 = y^3$. fiet: $x^2 = \dfrac{y^3}{a}$. $x = \sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$.
Hinc facilis quadratura figurae[,] tantum enim summa omnium cuborum ex Y (quae iniri potest, quia y crescit uniformiter) dividenda per a^2.
At in hyperbola aut hyperboloeide ita aequatio primum: $xy = a^2$. ergo nihil refert ad summam habendam sive dicas $x = \dfrac{a^2}{y}$, sive $y = \dfrac{a^2}{x}$.

Quod si aequatio sit: $x^2y = a^3$. fiet vel $y = \dfrac{a^3}{x^2}$ (quorum momentum est cylinder hyperbolicus $\dfrac{a^3}{x}$) vel $x = \dfrac{a^3}{yx} = \sqrt{\dfrac{a^3}{y}}$. et horum $\sqrt{\dfrac{a^3}{y}}$ momentum est $\sqrt{a^3y}$ quod est genus seriei paraboloeidis, in quo $x^4 = a^3y$. Et $\dfrac{x^4}{a^2} = ay$. Cumque quadrari hoc possit,

2 f. axem. *(1)* At hanc haberi posse puto *(2)* Ratio *L* 7 AY *L ändert Hrsg.* 13 Y *erg. Hrsg.* 22 seriei | paraboloeidis *darüber* parabolae | in quo *(1)* $x^2 = a^3y$. Et $x^2 = ay$. *(2)* x^4 *L*

22 in quo: in den beiden folgenden Ausdrücken stand zunächst x^2 (s. die Variante), Leibniz hat dann abgeändert und die neue Kurve weiter betrachtet.

habebitur et series omnium x^2, habita scilicet summa omnium x earumque momento aliquo. Series autem omnium x habetur ex serie omnium y, quae est $\dfrac{x^4}{a^3} = y$. quorum manifesta est quadratura. Cumque momentum etiam omnium y ex vertice, seu summa omnium yx manifeste detur, aequalis: $\dfrac{x^5}{a^3}$ ad basin, constat momentum etiam ex basi, et ideo centrum gravitatis, atque ideo momentum ex altitudine, atque ideo summam quadratorum applicatarum ad altitudinem, x^2, dari.

Hinc praeclaram duco demonstrationem: quadraturam hyperboloeidis $x^2y = a^3$. ex quadratura hyperbolae dari. Idemque de omnibus hyperboloeidibus in infinitum demonstrari posse arbitror.

Suppono quadraturam omnium dari praeter primae seu Apollonianae. Esto fig. 2. hyperboloeis 2^{da} $a^3 = x^2y$, eius momentum ex vertice Y est cylinder hyp. $\dfrac{a^3}{x}$. Quadrata omnium $y = AX$ sunt $\dfrac{a^6}{x^4}$. quae quadrabilia, quia cylinder hyperboloeidis $\dfrac{a^5}{x^4}$ quadrabilis. Momenta omnium (x) XH ex vertice D $\sqrt{a^3y} = xy$. ergo $= \sqrt{ay}, \frown a$. seu cylindro parabolae. Restant quadrata omnium (x) XH, seu momentum ex DF est $\dfrac{a^3}{y}$ seu cylinder hyperbolae. Ergo cum momentum ex vertice $Y +$ mom. ex basi DF componant cylindrum hyperboloeidis quadrabilem, ergo duo cylindri hyperbolici eiusdem altitudinis, tantum quod una hyperbola est $\dfrac{a^2}{YF}$, altera $\dfrac{a^2}{DF}$ componunt cylindrum hyperboloeidis quadrabilem. Possunt autem duae hyperbolae ad se invicem reduci, et ita invenietur quadratura, dum scilicet hyperbolae concavae duae, similes, complent cylindrum. Ergo differentia earum habetur a convexa. Hinc quadratura.

Nota quia AB ad basin aequantur ipsis AY ad altitudinem, ideo in fig. 2. ubi paraboloeidis inverso quodam modo assumitur, nec ad axem sed basin applicatae ducuntur

4 ad basin *erg.* *L* 5 ex | axe *darüber* altitudine |, atque *L* 9–21 arbitror. *(1)* Sed demonstratio omnium pulcherrima et generalissima haec est, qua demonstro summam omnium AB. aequari figurae. Hinc quadraturam habemus omnium paraboloeidum, in quibus summa omnium AB. semper $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ est. Hinc summam habemus aliarum figurarum infinitarum, quae paraboloeides non sunt, in quibus AB. parabolam aliamve figuram quadrabilem conficiunt. NB. omnes AB. in figura 2^{da} constituunt spatium asymptotum. Huius ergo quadratura hoc modo habetur sane admirabilis. *(2)* | Suppono ... quadratura. *erg.* | Nota *L*

novum quoddam genus figurarum, et quidem asymptotarum, quadrabilium orietur[,] nam in fig. 2. ultima AB est infinita, quia et ultima XB infinita est.

Porro habebimus AB. si scilicet AX^2 dividatur per AC. erit $AB = \dfrac{AX^2}{AC}$.

Vel aliter[:] Si axem figurae inquiremus qui ponatur esse DFE (fig. 2.), quo casu AX non est axis, nec XB infinita, ductaque perpendiculari XCE, et tangente XG. patet angulum XBA esse = angulo AXC, triangulaque XAC et BAX similia, ergo $\dfrac{AB}{AX} = \dfrac{AX}{AC} = \dfrac{XB}{CX}$. Ergo $AB \frown AC = AX^2$. Ergo $AB = \dfrac{AX^2}{AC}$.

Sed eadem AB conemur ut opinor simplicius sic determinare: Angulus CEF = angulo ABX. Triangulaque BAX et EHX similia sunt ergo. Ergo $\dfrac{AB}{AX} = \dfrac{EH}{HX}$. Ergo $AB = \dfrac{EH \frown AX}{HX}$.

Eodem modo fig. 2. habetur summa omnium XB ad basin, si summa omnium AX ad arcum. Qualis habetur si AX est axis parabolae, sed non si applicata axi. Summa omnium XB applicata ad FD = omnibus AB ad arcum.

NB. si aequatio hyperboloeidis sit $y^3x = a^4$. fiet vel: $x = \dfrac{a^4}{y^3}$. (quorum momentum in distantias a vertice Y ductorum est cylinder hyperbolae, cuius aequatio: $\dfrac{a^3}{y^2}$, hoc ergo momentum pendet a quadratura hyperboloeidis praecedentis) vel $y = \dfrac{\sqrt{_c\ a^4}}{x}$. quae ducta in x vel $\sqrt{_c}\ x^3$ dabunt: $yx = \sqrt{_c}\ a^4x^2$. Summa autem seriei cuius termini sunt

$$\sqrt{_c}\ a^4x^2, \text{ vel } [\sqrt{_c}\ a^4\beta^2,\ \sqrt{_c}\ a^4 4\beta^2] \text{ etc.}$$

iniri potest, sunt enim applicatae paraboloeidis cuiusdam ad axem. Ergo et cubi applicatarum istarum.

2 f. est. *(1)* Posita autem XB. finita, eam sic investigabimus *(2)* Porro *L* 3 f. $\frac{\mathrm{AX}^2}{\mathrm{AC}}$. *(1)* Sed quia AC. et AB. nunc aeque ignotae, rectius *(2)* Vel *L* 7 f. $\frac{\mathrm{AX}^2}{\mathrm{AC}}$. *(1)* | Cumque summa omnium AX^2 id est quadratorum applicatarum $\bigtriangledown^{\mathrm{li}}$ ad basin, detur. *nicht gestr.* | Caeterum omnes AC. sunt *(a)* etiam applicatae parabolae *(aa)* et i *(bb)* si *(b)* radices differentiarum inter duarum parabolarum applicatas. *(2)* Sed *L* 11 basin, *(1)* aequalis summae *(2)* si *L* 15 in ... ductorum *erg. L* 18 $\sqrt{_c}\ \mathrm{a}^4\beta,\ \sqrt{\mathrm{a}^4 2\beta}$ *L ändert Hrsg.* 19 potest, *(1)* | ergo et *nicht gestr.* | *(a)* qua *(b)* sum *(2)* sunt *L*

Nimirum generali regula ostendendum est, quadratorum, cuborum, etc. summam cuiuslibet applicatae parabolae iniri posse.
Sed id impraesentiarum facile fieri potest si quaeratur $\sqrt{_c\ ax^2} = \frac{yx}{a}$. Ergo momentum istud hyperbolae quadrato-quadraticae est cylinder parabolae cubicae.

2 applicatae *(1)* hyperbolae *(2)* parabolae *(3)* parabolae *L* 4 hyperbolae quadrato-quadraticae *erg. L* 4 cylinder *(1)* | parabolae *nicht gestr.* | quadrato cubicae *(2)* parabolae *L*

4 parabolae cubicae: in neuerer Terminologie: semicubicae.

38. DE PARABOLOEIDUM ET HYPERBOLOEIDUM QUADRATURA II [Sommer 1673]

Überlieferung: *L* überarbeitetes Konzept: LH 35 II 1 Bl. 135–136. 1 Bog. 2°. 4 S. Bl. 135 insgesamt gestrichen.
Cc 2, Nr. 638

Datierungsgründe: s. N. 37.

[*Teil 1, gestrichen*]

Multa nuper a me demonstrata sunt, exigua licet neglectaque in schedula de quadratura paraboloeidum ac hyperboloeidum.

Ac primum quod ad paraboloeidum quadraturam pertinet methodum reperi generalem, qua non tantum paraboloeides quadraticae aut cubicae, simplices, quarum quadratura tantum vulgo extat, sed et compositae quadrantur, repetam breviter:

Quaeritur quadratura paraboloeidis simplicis, cuius haec est aequatio[:] $a^2x = y^3$. vel $\sqrt[c]{a^2x} = y$. Hanc aequationem in aliam commutemus, qua surditas evitetur[;] ex $a^2x = y^3$, fiet $x = \frac{y^3}{a^2}$. Summa ergo omnium x, applicatarum axi parallelarum haberi potest, quia haberi potest summa omnium $\frac{y^3}{a^2}$, quia y^3 crescunt uniformiter, est ergo summa summarum, pyramidalium, seu summa triangulo-triangularis, divisa per a^2, quia a immutabile est.

At si aequatio paraboloeidis non simplicis, sed compositae sit v. g. $ax^2 = y^3$, nam quoties nimirum non immutabilis parameter, sed mutabilis applicata potestate affecta est, paraboloeidem compositam appello. Aequatio haec erit $x = \frac{y^3}{ax}$. vel $x^2 = \frac{y^3}{a}$. unde statim hanc consequentiam duco quadrata omnium x summari posse. Quadrata autem applicatarum aequantur momento ex altitudine, quae hoc loco est basis, sunt enim x basi parallelae axi applicatae, at y axi parallelae, basi velut altitudini applicatae. Habemus ergo momentum paraboloeidis compositae ex basi.

---

8 Multa: s. N. 37.

Altera aequatio est: $y = \sqrt{_c\ ax^2}$. Ergo $y^3 = ax^2$. At summa omnium ax^2 haberi potest, ergo et summa omnium y^3. Sed nos opus habemus summa omnium y^2. Est autem $y^2 = \frac{ax^2}{y}$. sed $y = \sqrt{_c\ ax^2}$. Ergo $y^2 = \frac{ax^2}{\sqrt{_c\ ax^2}}$. Ut auferri possit surditas, erit $y^2y^2y^2 = \frac{a^3x^2x^2x^2}{ax^2}$, vel $y^6 = \frac{a^3x^6}{ax^2} = \frac{a^2x^4}{1}$. Ergo $y^3 = ax^2$. nullo hactenus fructu.

Ergo quaerendum si y ducamus in distantiam a vertice x. fiet $yx = \sqrt{_c\ ax^5}$. Unde patet quadraturam huius paraboloeidis solidi (nota[:] paraboloeidi solida non sunt hactenus considerata) pendere a quadratura huius paraboloeidis plani: $y = \sqrt{_c\ ax^2}$.

Diximus supra $x = \frac{y^3}{ax}$. Ergo $x = \frac{y^3}{\frac{ay^3}{ax}}$. Ergo $x = x$. inepte.

An aliter pro y^3 substituendo ax^2, fiet $x = \frac{ax^2}{ax} = x$. iterum inepte.

Habemus $x^2 = \frac{y^3}{a}$. Ergo $x = \sqrt{\frac{y^3}{a}}$.

Sed cum haec frustra tentari videantur nova methodus ineunda est:

Cum sit $x = \sqrt{\frac{y^3}{a}}$. erit $x = \frac{y}{\sqrt{a}}$. Id est summa indivisibilium omnium y, dividenda est per radicem quadratam summae indivisibilium ipsius a. Quod ita facile opinor nunc assequemur novo licet isto surditatis genere ablegato. Si data nobis aequatione: $x = \sqrt{\frac{y^3}{a}}$. pro summa omnium $\sqrt{\frac{y^3}{a}}$ substituamus $\sqrt{\frac{a^4\beta}{a}}$. fiet $x = \sqrt{\frac{a^4\beta}{a}}$. vel $x = \sqrt{a^2\beta}$. Ergo $x = a \frown \sqrt{\beta}$.

2 y^3. *(1)* Ergo et momentum paraboloeidis ex *(a)* altitudine *(b)* axi. Quare habetur eius centrum gravitatis, et cum detur momentum eius, habebitur et quadratura, quae area enim est momentum distantia centri gravitatis ab axe divisum. Restat no *(2)* Sed *L*

12–16 Zunächst hatte Leibniz überall $\sqrt{_c}$ bzw. radicem cubicam stehen; er hat dann aber ohne sonstige Änderung die Kubikwurzel durch die Quadratwurzel ersetzt. Dasselbe geschieht, wenn auch nicht an allen Stellen S. 606 Z. 26 – S. 607 Z. 2 und S. 608 Z. 10–13.

At $\sqrt{\beta}$. facile haberi potest, quia β haberi potest, est enim certus quidam numerus, ratio scilicet omnium y^3, ad omnia a^3, seu ad a^4. quae aliunde dudum nota est.

Ecce ergo repertam rationem generalem quadrandi omnes paraboloeides simplices et compositas.

Addo quod intactum, omnium dimensionum, id est planas, solidas, quadrato-quadraticas; etsi enim illae sint imaginariae, tamen repraesentationes earum utiles sunt, aliisque figuris exprimi possunt. Ita $\sqrt{_c}\ ax^5 = y^2$. vel $ax^5 = y^6$. aequatio est exprimens naturam cuiusdam figurae solidae, cuius planum applicatum in se cubice ductum, aequatur surdesolido distantiae a vertice, in quandam parametrum constantem ducto.

Unde illud quoque apparet omnium paraboloeidum applicatorum quadrata, cubos, etc. momenta, aliaque id genus innumera haberi posse. Neque in hanc rem expectari posse perfectius quicquam.

Porro ista quoque paraboloeidi solida aut supersolida, ad nova ut dixi planarum paraboloeidum genera exhibenda, utilia sunt, v. g. si sit $\dfrac{\sqrt{_c}\ ax^5}{a} = (y)$. Eius utique paraboloeidis area hoc modo haberi potest. Sed videndum an ea aliter exprimi possit: $\sqrt{_c}\ ax^5 = (y)a$. Ergo $ax^5 = (y)^3a^3$. Ergo $x^5 = (y)^3a^2$. Quare huius quidem generis aequationes paraboloeidum planarum irregulares non nisi frustra inducerentur. Solidae autem hac methodo ad suas planas reducuntur, a quibus pendent. V. g. data est aequatio $\sqrt{_c}\ ax^5 = y^2$. et summa quaeritur omnium y^2. Eam ita habebimus si substituamus: $\dfrac{\sqrt{_c}\ ax^5}{a} = \dfrac{y^2}{a}$. Iam si pro $\dfrac{y^2}{a}$ substituatur (y) (quod consulto includo parenthesi ne duo y inter se confundantur), fiet $\dfrac{\sqrt{_c}\ ax^5}{a} = (y)$. Ergo dicto modo: $x^5 = (y^3)a^2$, vel potius $\dfrac{x^5}{a^2} = (y^3)$. vel $\sqrt{_c}\ \dfrac{x^5}{a^2} = (y)$. Ita summa omnium (y) iniri potest, quae ducta in a dabit summam omnium y^2.

Non possum hinc abire, nisi admoneam, admirandam illam consequentiam, quae ex hac demonstratione duci potest:

Cum x sit $= \sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$. ostensum est reperiri posse summam omnium x. Iam idem $x = \dfrac{y}{\sqrt{a}}$, ut supra dictum est, et haberi potest summa omnium $\langle \dfrac{y}{a} \rangle$. (Quae est $\dfrac{a}{2}$. posito maximum $y = a$. seu quando basis seu maxima applicata lateri recto aequalis est, sin minus habetur proportione.) Cumque $\sqrt{_c}\ a$. sit semper eadem, hinc sequitur quantitatem ipsius $\sqrt{_c}\ a$.

seu rationem eius ad a. definiri posse, quia ratio omnium $\frac{y}{\sqrt{a}}$ planum constituentium ad omnia $\frac{y}{a}$ lineam facientia, haberi potest.

Notabile enim est, rationes puras in geometricis esse nullas, sed indivisibilia communia designari quoties divisor dividendo quantum ad dimensionem aequalis; sin inferior, designari indivisibilia communibus inferiora, quorum non nisi infinita indivisibile commune constituant.

Huius rei manifestam hanc demonstrationem affero per impossibile[:]
Sunto v. g. y et a aequalia, ergo $\frac{y}{a}$ significant 1. ita inquies. Ego fateor, sed aio illud 1 notandum esse hoc modo *1r*. neque enim esse 1, seu numerum illum, sed esse indivisibile aliquod, quod in praesenti constructione unitatis personam sustinet, sive quod est infinitesima pars lineae cuiusdam, in partes aequales infinitas cogitatione divisae. Fateor tamen dici posse $\frac{y}{a}$ esse unitatem communem, nam $\frac{y^2}{a^2}$ non augent dimensionem, nam v. g. $\frac{y^2a}{a^2}$ non nisi lineam facit. Et haec manifesta sunt sciendum enim istis a^2. vel a. non significari lineam, sed numerum infinitum, unde praeclare Proclus *Comm. in 1. Eucl.*[:] ut elementa arithmeticae sint: unitas et multitudo, ita geometriae esse: τὸ ἄτομον, καὶ τὸ ἄπειρον. Id est occupari eam numero sed infinito, indivisibilium velut unitatum.

Caeterum illud manifestum est, si v. g. curvae cuiusdam in rectam ductae superficies cylindrica aequetur seriei

$$\sqrt{a\beta} + \sqrt{2a\beta} + \sqrt{3a\beta} \text{ etc.}$$

curvam ipsam aequari huic seriei ex indivisibilibus conflatae:

$$\frac{\sqrt{a\beta}}{a} + \frac{\sqrt{2a\beta}}{a} + \frac{\sqrt{3a\beta}}{a} \text{ etc.}$$

Id ipsum ergo $\frac{\sqrt{a\beta}}{a}$, vel simile est indivisibile quoddam.

4 dividendo *(1)* maior *(2)* quantum *L*

14 praeclare: vgl. dazu *a. a. O.* (ed. Friedlein) S. 19.

Caeterum ad id unde coepi redeundum est: haberi posse valorem ipsius $\sqrt{a}$. vel $\sqrt{_c}\, a$. etc. in ratione ad a. Quod nescio an non usum haberi possit, ad construendas in plano aequationes alioquin desperatas.

V. g. si aequatio prodierit $z = \sqrt{_c}\, c^2 v$. posset $\sqrt{_c}\, c^2$. et $\sqrt{_c}\, v$. quodam valore exhiberi, haberetur aequationis reductio, imo sufficeret valorem cogniti $\sqrt{_c}\, c^2$. exhiberi. Certe data summa horum $\sqrt{_c}\, \dfrac{y^3}{a}$ $\left(\text{seu } \dfrac{y}{\sqrt{_c}\, a}\right)$ seu quadratura dicta, dabitur ratio eius ad summam $\dfrac{\sqrt{_c}\, y^3}{a}$. seu ad $\dfrac{y}{a}$.

Caeterum ut clarior sit modus quadraturae paraboloeidum compositarum, sic procedendum:

Data aequatione: $x = \sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$. substituatur $x = \dfrac{y}{\sqrt{a}}$. Iam summa omnium y inveniatur more communi, cuius ratio ad a^2. cum nota sit β. fiet summa omnium x. seu $\dfrac{xb}{\gamma} = \dfrac{a^2\beta}{\sqrt{a}}$. Ergo $\dfrac{x^2b^2}{\gamma^2} = \dfrac{a^4\beta^2}{a}$. Quod absurdum, in eo ergo peccatum quod pro $\sqrt{_q}\, \dfrac{y^3}{a}$. substitutum $\dfrac{y}{\sqrt{_q}\, a}$. vel $\dfrac{y}{\sqrt{_c}\, a}$. Neutrum procedit.

Nihil ergo actum est, nisi alia rectior, generaliorque via reperiatur de qua pagina sequenti.

[*Teil 2, gültig*]

Quadratura paraboloeidum generalis



[*Fig. 1*]

Paraboloeidis cuiusque natura aequatione quadam exprimitur qua omnia curvae puncta ad axin basinve determinantur, eam autem aequationem ingreditur parameter seu l a t u s r e c t u m, recta quaedam constans atque invariata (a), distantiam

20 f. parameter seu l a t u s r e c t u m *erg. L*

puncti a vertice seu a b s c i s s a m appellabimus (x) BX, distantiam eius ab axe seu a p p l i c a t a m ad axem (y) BY.
His ita positis paraboloeidum genera haec sunt:

$$
\begin{array}{lllll}
\begin{array}[t]{c} \frac{1}{3} \\[1ex] \frac{1}{4} \\[8ex] \frac{2}{5} \end{array} &
\begin{array}[t]{l} a\,x = \quad y^2 \\ \left\{\begin{array}{l} a^2x = \\ \\ \\ a\,x^2 = \end{array}\right\} y^3 \\ \left\{\begin{array}{l} a^3x = \\ a^2x^2 = \\ a\,x^3 = \end{array}\right\} y^4 \end{array} &
\begin{array}[t]{l} \left.\begin{array}{l} a^4x = \\ a\,x^4 = \\ \\ a^3x^2 = \\ a^2x^3 = \end{array}\right\} y^5 \end{array} &
\begin{array}[t]{l} \left.\begin{array}{l} a^5x = \\ a\,x^5 = \\ a^4x^2 = \\ a^2x^4 = \\ a^3x^3 = \end{array}\right\} y^6 \end{array} &
\begin{array}[t]{l} a\,x = y^2 \\ a^2x = y^3 \\ \\ a^3x = y^4 \\ a^4x = y^5 \end{array}
\end{array}
$$

etc.

4–11 *Anmerkungen zur Tabelle:*
gültig: NB. $a^2x^2 = y^4$ frustra diceretur, reducitur enim ad $ax = y^2$. ut et $a^3x^3 = y^6$ ad $ax = y^2$.
$a^4x^2 = y^6$. $a^2x = y^3$.
gestr. neben der 4. Spalte: Area trilinei concavi $\frac{1}{3}$



[*Fig. 2*]

Porro in omnibus istis paraboloeidibus, haec est regula generalis tangentium ducendarum, a geometris praestantibus dudum prodita, nimirum si tangens sit YC. rectam x (BX) fore ad rectam BC, ut est exponens potestatis x (BX) ad exponentem potestatis y (BY). Ideo in parabola communi BC est $(2\ BX)$ $2x$, quia cum aequatio sit: $ax = y^2$. patet exponentem x esse 1. exponentem y^2 esse 2.

At hinc se methodus mihi aperuit nova prorsus et admiranda, quadrandi figuram quamcunque, quotiescunque ea eius est natura, ut certa constansque sit ratio CX ad BX, vel BC ad BX. Quae methodus utique infinitas alias figuras comprehendit, quae paraboloeides, sive ex earum, quas tabella in infinitum continuata contineret, genere; non sunt.

Fiat triangulum figurae datae characteristicum, indivisibilium repraesentantium HIY. Ducatur et recta XG perpendicularis ad tangentem CY. seu intervallum tangentis a vertice. Patet triangula CBY et HIB esse similia, angulumque BCI angulo IHY aequalem. Ergo cum angulus XCG (vel BCY) angulo IHY sit aequalis, triangula quoque CGX et HIY similia erunt; ideoque

$$\frac{CX}{HY} = \frac{GX}{IY}, \text{ vel } CX \frown IY = GX \frown HY,$$

id est CX ad basin aequantur intervallis tangentium a vertice seu GX ad arcum, ac per consequens (ut alibi demonstravimus) segmento XY, vel si longius procedas XE, duplicato.

Porro quando rectae CX habent certam et constantem rationem ad rectas BX, etiam summa omnium CX ad basin DE, vel XK, constantem habet rationem ad summam omnium BX (vel FY) ad eandem XK. vel ad aream spatii $XYEK$. Haec ratio esto β. Summa omnium BX, seu area concavi trilinei $XYEK$ quaesita esto: z^2. Ergo

$$\text{summa omnium } CX \text{ erit } \beta z^2, \text{ ac segmentum } XYE \text{ erit } \frac{\beta z^2}{2}.$$

Iam trilineum concavum $XYEK$ segmento XYE auctum constituit triangulum $EXKE$. habemus ergo aequationem:

$$z^2 + \frac{\beta z^2}{2} = \bigtriangledown XKE. \text{ Ergo } z^2 = \frac{\bigtriangledown XKE}{1+\dfrac{\beta}{2}}$$

Habemus ergo quadraturam trilinei concavi $XYEK$ quaesitam.

Exemplo veritas demonstrationis statim comprobatur, si curva sit parabolae communis, erit $\beta = 1$. ergo $1 + \dfrac{\beta}{2} = \dfrac{3}{2}$. Ergo $z^2 = \dfrac{\bigtriangledown XKE}{\dfrac{3}{2}}$ vel $= \dfrac{\square XE}{3}$.

Innumerae supersunt figurae; eadem methodo quadrabiles, quae in tabula praecedente non continentur, uti, in quibus exponentes sunt ut numeri fracti, aut ut integri ad fractos, v. g. $ax^{\frac{1}{2}} = y$, sed id reducitur ad hanc aequationem: $\dfrac{ax}{2} = x^2$. Sed in haec ulterius inquirendum, et an exponentes numeri surdi esse possint.

Sed quicquid eius sit, illud certe manifestum est, si CX sit ad CB aliter quam integer rationalis ad integrum rationalem, v. g. ut $\dfrac{1}{2}$ ad 1. vel ut $\dfrac{3}{4}$ ad $\dfrac{2}{3}$. vel ut *Rq* 2. ad 1. quod certe fieri posse manifestum est, patet non ideo minus quadrari figuram, etsi paraboloeidum forma enuntiari non possit.

1 (ut alibi demonstravimus) *erg. L*

14–17 Hier benutzt Leibniz eine neuartige Bezeichnungsweise, wendet diese aber nicht konsequent an. Hinzu kommen Unzulänglichkeiten in der Rechnung. — Derselbe Ansatz tritt erneut in N. 39 S. 627 Z. 18 – S. 630 Z. 2 auf.

Hinc habemus quadraturas innumerabiles figurarum quae a paraboloeidum quadratura non dependent, et operae pretium, naturam aliquot figurarum eiusmodi, aequatione exprimere; quod alias fiet.

Videamus exemplum, si $\dfrac{CX}{(BX)} = \dfrac{Rq\ 2}{1}$. seu $\dfrac{CX}{x} = \dfrac{Rq\ 2}{1}$. seu $CX = Rq\ 2x^2$.

Ergo $CB = x + Rq\ 2x^2$. Iam $(BY) = y$. $\dfrac{XM}{BY} = \dfrac{CX}{CB}$. Ergo $XM = \dfrac{CX \frown y}{CB} = \dfrac{Rq\ 2y^2}{1 + Rq\ 2}$. Iam CXM $\left(\dfrac{CX \frown XM}{2}\right) = \dfrac{Rq\ 4y^2x^2}{1 + Rq\ 2} = \dfrac{yx}{1 + Rq\ 2}$. $\square XN = BX \frown XM = \dfrac{Rq\ 2y^2x^2}{1 + Rq\ 2}$. $NY = BY - XM. = y - \dfrac{Rq\ 2y^2}{1 + Rq\ 2}$. Sed et tamen $\dfrac{NY}{y} = \dfrac{1}{1 + Rq\ 2}$. quia $\dfrac{NY}{BY = (y)} = \dfrac{XB\ (1)}{CB\ (1 + Rq\ 2)}$. Ergo $NY = \dfrac{y}{1 + Rq\ 2}$.

(Ergo $\dfrac{y}{1 + Rq\ 2} = y - \dfrac{Rq\ 2y^2}{1 + Rq\ 2}$. seu $\dfrac{1}{1 + Rq\ 2} = 1 - \dfrac{Rq\ 2}{1 + Rq\ 2}$. Ergo $\dfrac{1}{1 + Rq\ 2} + \dfrac{Rq\ 2}{1 + Rq\ 2} = 1$. vel $\dfrac{1 + 2Rq\ 2 + 2}{1 + 2 + 2Rq\ 2}$ nota veritatis. NB $\dfrac{a}{a+b} + \dfrac{b}{a+b} = \dfrac{a+b}{a+b} = 1$.)

Iam $\bigtriangledown NMY = \dfrac{yx}{2 + 2Rq\ 2}$. ac denique $CBY = x + Rq\ 2x^2 \frown y = \dfrac{xy + Rq\ 2x^2y^2}{2} = \dfrac{yx + Rq\ 2x^2y^2 + \dfrac{yx}{2}}{1 + Rq\ 2}$. Sed sic ubique y tolli potest nec inde aequatio.

$BL = \dfrac{y^2}{x + Rq\ 2x^2}$. Ergo $BYL \bigtriangledown^{\text{lum}} = \dfrac{y^3}{2x + 2Rq\ 2x}$.

quod $+ \left(\dfrac{yx + Rq\ 2y^2x^2 + \dfrac{yx}{2}}{1 + Rq\ 2}\right) \dfrac{xy + Rq\ 2x^2y^2}{2} = \dfrac{CL \frown y}{2}$.

4–613,12 In diesem Abschnitt versucht Leibniz vergeblich, den Fall eines irrationalen Exponenten zu behandeln, kommt aber trotz verschiedener Ansätze (der letzte zudem fehlerhaft) zu keinem Ergebnis.

Sed $\frac{CL}{LY} = \frac{[LY]}{BL}$. item $LY = Rq\ y^2 + \frac{y^4}{x^2+2x^2+2Rq\ 2x^4}$. ita veniemus credo ad aequationem.

Vel breviori aequatione [:]

$$\bigtriangledown^{\text{lum}}\ CYL = CL \frown BY \quad \text{vel} \quad \frac{xy+Rq\ 2x^2y^2}{2} + \frac{y^3}{2x+2Rq\ 2x^2}$$

$$= \frac{CY \frown LY}{2} \qquad \sqrt{x^2+2x^2+Rq\ 8x^4+y^2} \frown \sqrt{y^2+\frac{y^4}{x^2+2x^2+Rq\ 8x^4}}.$$

Divisis omnibus per y vel $Rq\ y^2$ fiet[:]

$$x+Rq\ 2x^2 = \underbrace{\sqrt{x^2+2x^2+Rq\ 8x^4+y^2} \frown 1 + \frac{y^2}{x^2+2x^2+Rq\ 8x^4}} - \frac{y^2}{2x+2Rq\ 2x^2}.$$

Dividantur et omnia per x quantum possunt, fiet:

$$1+Rq\ 2 = \sqrt{1+2+Rq\ 8+\frac{y^2}{x^2}} \frown 1+\frac{y^2}{x^2+2x^2+Rq\ 8x^4} - \frac{y^2}{2x^2+2Rq\ 2x^4}.$$

Vel multiplicando rursus sed aliter, per x^2:

$$x^2+Rq\ 2x^4 = \underbrace{\sqrt{1+2+Rq\ 8+\frac{y^2}{x^2}} \frown x^2 + \frac{y^2}{1+2+Rq\ 8}} - \frac{y^2}{2+Rq\ 8}.$$

$$= \sqrt{x^4+2x^4+Rq\ 8x^8+y^2x^2} + \frac{\sqrt{y^4+2y^4+Rq\ 8y^8+\frac{y^6}{x^2}}}{x^2+2x^2+Rq\ 8x^4} - \frac{y^2}{2+Rq\ 8}.$$

Caeterum ex eodem principio aliae adhuc quadraturae aperiuntur, non minus late fusae. Nam si summa omnium CX ad basin seu XK applicatorum haberi potest, ut si (non trilineum concavum sed veram) parabolam constituant, quadrari potest segmentum figurae XYE duplicatum, quare et figura.

Ecce aliud[:] Summa omnium XM ad altitudinem; seu summa omnium BN, aequatur itidem segmento figurae duplicato, quod ita facile demonstro[:]

Triangula similia HIY et XGM, quia anguli GXM et IHY aequales. Ergo $\frac{XM}{HY} = \frac{XG}{HI}$.
Ergo $XM \frown HI$ (seu XM ad altitudinem) $= XG \frown HY$. intervallo tangentis ad arcum.

1 BY *L ändert Hrsg.* 12 $\frac{y^2}{2+Rq\ 8}$. | Divide rursus per x^2 fiet[:] $1+Rq\ 2 = \sqrt{1+2+Rq\ 8+\frac{y^2}{x^2}}$ *gestr.* | *L*

Et summa XM ad altitudinem = segmento figurae duplicato.

Unde illud quoque apparet[:] habita quadratura omnium XM, ad altitudinem, haberi et quadraturam omnium NY. Vicissim, habita quadratura omnium NY, habetur differentia inter figuram et segmentum duplicatum; est enim [summa omnium] NY differentia inter figuram et segmentum figurae duplicatum seu inter summam omnium BY quae constituit figuram, et omnium BN quae constituit segmentum figurae duplicatum. At differentia inter figuram convexam et segmentum figurae duplicatum est trilineum figurae concavum, quod facile patet: sit enim segmentum XOE introrsum insistens chordae XE, aequale et simile extrorsum insistenti XYE, patet cum aequalia sint tota, triangula XDE et XKE, et ablata segmenta XOE, XYE, etiam residua trilinea concava *XDEOX* et *XKEYX* aequalia fore. Est autem trilineum concavum *XDEOX*, residuum figurae convexae *XDEYX*, ablato duplici segmento *XYEOX*; ergo id residuum figurae convexae, demto duplici segmento, triangulo figurae concavo aequale est.

Quare data quadratura omnium NY seu summa earum ad altitudinem, datur quadratura figurae et vicissim.

Hinc nova iterum methodus, qua aliae figurae innumerabiles quadrari possunt, synthetice pariter atque analytice.

Synthetice inquam, cum ex datis figuris quadrabilibus, ut paraboloeidibus, aliisque derivatur quadratura omnium XM, vel omnium NY; analytice cum assumitur certa quaedam progressio quadrabilis omnium v. g. XM, et per analysin investigatur, quaenam sit figura, cuius omnes XM sint assumtae progressionis. Eaque figura ostenditur esse quadrabilis.

Sed accurate loquendo omnis ista investigatio est synthetica: Nam data figura invenire methodum quadrandi, analyticum est, data methodo invenire figuram, cui methodus applicari possit syntheticum. Nec vero hactenus aliter quam synthetice in geometria transformatrice procedi potest, quoniam series infinitae, inprimis ubi surdae radices interveniunt, per analysin tractabiles non sunt.

Est tamen analysis quaedam succenturiata in his rebus, ut scilicet in figura data methodos omnes, quas hoc loco demonstravi, ac quibus parum admodum ex geometria certe addi potest, quamdiu ipsa arithmetica infinitorum, aut etiam analysis non perficitur. Experiamur.

4 summa omnium *erg. Hrsg.*

$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	
$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{8}$	$\frac{1}{3}$
$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{9}$	$\frac{1}{27}$	$\frac{1}{6}$
$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{16}$	etc.	$\frac{1}{10}$
$\frac{1}{5}$	$\frac{1}{25}$	etc.	$\frac{1}{15}$
	$\frac{1}{36}$		
	$\frac{1}{49}$		

Inspiciatur figura hyperbolae aut hyperboloeidis pag. 89 libri Hugenii.



[*Fig. 3*]

1–7 *Tabelle am Rande erg. L*

8 Inspiciatur: HUYGENS, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 89. Leibniz hat keine eigene Figur gezeichnet. Die vorliegende Figur hat Hrsg. textkonform unter Berücksichtigung des Leibnizschen Handexemplars rekonstruiert. (Für die vollständige Figur s. N. 2.)

Ibi $SK = KH$. si hyperbola est communis, quia $xy = a^2$. exponentes autem x et y sunt aequales in xy.

Perpendicularis KN ad arcum = ipsi KH ad basin.

Ergo SQ ad arcum = SH ad basin quia dupla priorum, atqui SH ad basin = figurae $BRTAB$ duplicatae.

Et eiusdem dimidium seu simplex ista figura = $SBTS$.

Quod videtur absurdum, x implicans. Sed ratio est, quia tunc ipsa linea ultima ST comprehenditur, quae non comprehendebatur sectori ipsi $SBTR$, nimirum ultima ista linea scilicet dimidia = triangulo SBR, quia rectangulum $SKBR$ = toti lineae ST infinitae.

Si partes tantum sumas res eodem redit. Esto spatium $BRPUAB$ aequalis sectori $SBAUS$ quod non mirum cum UPS sit = BRS. Atque haec quidem si curva $TUAB$ sit hyperbolica communis.

Inquiramus quid futurum sit si sit aliqua hyperboloeidum, v. g. ubi $x^2y = a^3$. quo casu KH duplum SK.

Iam summa omnium SK ad arcum vel duplus sector $SBAUS$ = omnibus SH ad basin quae tripla omnium SK ad basin, seu tripla spatii $BRPUAB$.

Ergo $\quad 2,\ SBAUS = 3,\ BRPUAB$.

seu, quod idem est:

$$2,\ LBAUL + 2,\ SLB = 3,\ LBAUL + 3,\ UPRL.$$

Ergo: $\quad 2,\ SLB - 3,\ UPRL = LBAUL$.

vel $\quad 2,\ SLB - 2,\ UPRL = (LBAUL + UPRL)\ \ BRPUAB$.

Habemus ergo quadraturam spatii hyperboloeidis, $BRPUAB$. Quo posito hyperbolae quoque quadratura omniumque hyperboloeidum in infinitum haberi potest.

8 comprehendebatur *(1)* in figura *(2)* segmento *(3)* sectori *L* 14 f. duplum SK. *(1)* Ergo SH *(a)* triplum *(b)* $\frac{3}{2}$ KH. ideoque sector SBAUS = *(aa)* $\frac{3}{2}$ BAUPRB. seu LUABL + SLB = $\frac{3}{2}$ LUAB + $\frac{3}{2}$ UPRL. Ergo: SLB = $\frac{1}{2}$ LUAB + $\frac{3}{2}$ UPRL. *(aaa)* Ergo 2, SLB – *(bbb)* $\frac{3}{\cancel{2}}$ UPRL = $\frac{1}{\cancel{2}}$ LUAB. Ergo 2, SLB – 2, UPRL = BAUPR. quo posito haberemus huius hyperboloeidis quadraturam. *(bb)* $\frac{3}{4}$ BAUPRB. Ergo $\frac{1}{4}$ LUABL + ~~SLB~~ = $\frac{3}{4}$ UPRL – SLB. seu LUABL = 3UPRL – 4SLB. vel: (LUABL + UPRL) BAUPRB = 4UPRL – 4SLB. Habemus ergo quadraturam spatii hyperboloeidis BAUPRB. *(2)* Iam *L* 23 potest. | Tentandumque an ea ratione spatii quoque asymptoti infiniti quadratura haberi queat. Quod ut fiat tantum demonstrandum est, quodnam planum lineae infinitae ST sit aequale. *gestr.* | *L*

39. DE PARABOLOEIDUM ET HYPERBOLOEIDUM QUADRATURA III
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* überarbeitetes Konzept: LH 35 II 1 Bl. 95–96, 250–251, 138–139 (Text); Bl. 140 (fig. 1. und fig. 2.). 3 Bog. und 1 Bl. 2°. 12 S. sowie zwei separate Figuren. Cc 2, Nr. 555B, 635A, 635B, 692

Datierungsgründe: s. N. 37.

39_1. PARS PRIMA. DE PARABOLOEIDUM QUADRATURA

[Prop. 1.]

„ Superficies cylindrica truncata super curva quadam velut basi ita erecta, ut ei cur-
„ vae in puncto quolibet intervallum tangentis sui a vertice, perpendiculariter insistat;
„ aequatur segmento, recta a vertice ad extremum curvae punctum ducta abscisso,
„ duplicato.

8 Prop. 1. *erg. Hrsg.*



fig. 1.

Esto figura quaelibet ABC cuius altitudo AB in partes numero infinitas sive aequales, sive inaequales, qualis est DE aut OD, quas infinite parvas pono, divisa intelligatur. Et ex punctis divisionis omnibus D. et E. ducantur applicatae, DF. EG, et ad puncta curvae F. G. tangentes HFI, et KPL. quarum a vertice A intervalla sunt perpendiculares ductae a vertice ad tangentes, nempe AM, AN. Haec intervalla tangentium, punctis tangentium suarum cum curva communium, perpendiculariter imponantur, AM puncto F, et AN puncto G. idemque in omnibus curvae AFG punctis fieri intelligatur. Aio portionem superficiei cylindrici recti inde enatam, aequari duplo segmento $AFGA$, recta scilicet AG, verticem A cum extremo curvae, G. connectente; et curva ipsa AFG, contento; idemque est ubicunque punctum ultimum G. in curva AFC assignetur.

Hoc ita demonstro: intelligatur figura data constare infinitis trapeziis, ut $OPFD$, vel $DFGE$, quae scilicet duabus quibusdam applicatis, ut OP et DF, vel DF et EG, parte altitudinis infinite parva, OD, vel DE, ac denique portione quadam tangentium, ut $KPFL$, vel $HFGI$ inassignabili seu infinite parva, nempe ut PF. vel FG, contineantur. Unde fit ut curva in infinitas rectas inassignabiles, ut PF. vel FG, velut latera polygoni irregularis numeri laterum infiniti, fracta intelligatur.

Nunc vero ex vertice A. ducantur rectae ad omnia puncta extrema horum latera, ut AP. AF. AG. quas ad circuli exemplum c h o r d a s appellare possis. Manifestum est totidem oriri triangula, quot sunt latera, quorum vertex in A, basis, ipsum latus, velut APF. AFG. iisque triangulis infinitis totum segmentum AFG compleri. Unde constat figuram huic triangulorum summae aut eius duplo aequalem, ipsi segmento eiusve duplo aequari.

Qualem vero superficiem cylindricam propositam esse, ita facile ostendemus: quoniam constat ex *Elementis* altitudinem, ut AM, vel AN, ductam in basin, ut PF, vel FG duplo trianguli, ut APF, vel AFG aequari, ergo summa omnium rectangulorum, quorum altitudines, intervalla tangentium a vertice, bases vero, latera infinite parva curvam componentia, tangentiumve portiones, vel quod idem est superficies cylindrica, ex intervallis tangentium punctis contactus perpendiculariter impositis conflata, summae omnium triangulorum numero infinitorum duplicatae, id est duplo segmento aequatur. Q.E.D.

1 infinitas *(1)* inter se aequales *(2)* sive *L* 21 aut eius duplo *und* eiusve duplo *erg. L*

1 Esto figura: Die Kurve in der Handzeichnung folgt zuerst der Näherungskurve; in der Umgebung von A ist sie an die Secanslinie angeglichen.

C o r o l l. 1.

„ Si curva proposita in rectam extendatur, cui velut altitudini, intervalla tangentium
„ in punctis contactus applicari intelligantur; figura inde nata eidem segmento, curva
„ inde a vertice sumta, rectaque contento; duplicato; aequabitur.

Quoniam manifestum figuram hanc nihil aliud esse quam superficiem cylindricam supradictam, in planum explicatam.

C o r o l l. 2.

„ Segmentum circuli duplicatum aequatur figurae sinuum versorum arcui applicato-
„ rum, seu momento arcus sui ex puncti extremi tangente librati.

Nam si curva AFG sit arcus circuli, intervallum tangentis a vertice aequatur sinui verso seu abscissae per applicatam DF vel EG ex puncto dato F vel G ductam, ad radium AB in verticem A terminatum, perpendicularem; ut constat, ita AM erit aequale AD, AN erit aequale AE. Ideo in semisegmento $AEGFA$ summa sinuum versorum seu abscissarum ad arcum, seu quod idem est, momentum arcus AFG ex tangente AR (Quod, inquam, idem est, quia intervalla punctorum arcus, ab AR tangente verticis, ut QF, vel RG. aequantur sinubus versis seu abscissis ut AD, vel AE; intervalla autem ab axe librationis ponderanti applicata dant eius momentum.) aequabitur duplo segmento $AFGA$.

Σ χ ο λ. Haec quae de summa sinuum versorum diximus, pulchre conveniunt cum iis quae iam apud alios demonstrata habentur. Illi nimirum ostenderunt momentum arcus AFG ex basi BS seu summam sinuum complementi (qui in circulo ob uniformitatem coincidunt cum sinubus rectis, nisi quod inverse sumantur), arcui suo AFG applicatorum, ut si DB vel EB arcui in punctis F. vel G. perpendiculariter insistere intelligantur, quadrari posse; et radio in maximum eius sinum rectum EG, vel rectangulo AC. id est triangulo AGB duplicato aequari. Et hoc quidem ex dimensione superficiei hemisphaerii Archimedea deducere in proclivi fuit. Cum ergo summa sinuum versorum ut AD ad arcum, det duplex segmentum AFG. et summa sinuum complementi ut DB ad arcum, det duplex triangulum segmento suffultum, ideo summa amborum, $AD + DB$, seu AB. radius, in arcum AFG. aequabitur duplici sectori AFG. quod verum esse dudum constat. Et talia quidem apud eos qui de cycloeide scripsere, Torricellium, Pascalium, Fabrium, Laloveram, legi possunt, velut omnium quae illi demonstravere fundamenta. At doctissi-

25 Et hoc quidem: zur Gesamtproblematik s. MAHNKE, *Neue Einblicke*, 1926, S. 17–19.

mus geometra, Iohannes Wallisius, ad rem praesentem propius accessit, ipsamque figuram sinuum versorum dimensus est; nostra tamen demonstratio facile prae caeteris se commendaverit, quandoquidem methodi universalis novae non nisi corollarium est; ipsosque recta sinus versos aggreditur, nullo per rectorum ambages circuitu.

P r o p. 2.

„ Figura ex productis ad basin ordinatim recto angulo applicatis nata, aequatur seg-
„ mento duplicato.

P r o d u c t a s appello compendii causa, altitudinem ultra verticem eousque productam, donec occurrat tangenti, qualis est in fig. 1. *AH*. vel *AK*, vel *AT*. id est quicquid in figurae altitudine *AB*, quantum satis est, producta, inter verticem *A*, et tangentis occursum *H*. *K*. *T*. cadit; quae si basi *AC*. vel ei respondenti rectae *AR*. ordinatim ad perpendiculum applicentur; o r d i n a t i m inquam, id est *AH* producta, translata in *RX*, quoniam *R* in basi, puncto curvae *F*, cuius tangens *FH* altitudini *BAH* productae in *H* occurrit, ad perpendiculum respondet; eandemque ob causam *AK* transferatur in *QW*, et *AT* in *ZU*, atque idem ad quodlibet curvae punctum, factum putetur; figura inde conflata *AUWXR* aequabitur segmento *AFGA* duplicato.

Quod ut demonstretur, cogitandum est: Triangula *FYG* et *HGB* vel *HUA* esse similia: posito nimirum *BG* esse perpendicularem ad curvam: atque ideo, ut est *AU* ad *YG*, ita erit *AH* ad *FG*, unde sequitur rectangulum ex *AU* in *FG*, vel quod eodem redit, ut prop. 1. ostensum est, triangulum *AFG* duplicatum; aequari rectangulo *AH* in *YG*. vel rectangulo *XR* in *QR*. Eodem modo rectangulum ex *WQ* in *ZQ*. triangulo *APF* duplicato aequabitur. Et quoniam positis *YG* vel *QR*. et *FG* infinite parvis, omnia triangula segmentum *AFGA* exhauriunt, et omnia rectangula quae dixi, figuram *AUWXR* complent, ideo figura haec segmento isti duplicato aequabitur.

Σ χ ο λ. Magni sunt momenti huius generis demonstrationes; quoniam nullis figurarum speciebus, nullis figurae propositae partibus continentur; nam et curva *AFG* cuiuslibet naturae, et punctum ultimum *G*, in ea utcunque continuata, ubilibet assumi potest.

2 versorum *erg. L* 3 novae *erg. L*

1 Iohannes Wallisius: *Mechanica*, 1672, S. 283–305 (*WO* I, S. 752–766).

Illud tantum admoneri debet, si curva eius sit naturae, ut aliqua applicatarum altitudini perpendicularium, BC. ad ipsam curvam perpendicularis sit, ut in circulo, ellipsi, aliisque ovalium speciebus contingit, tangentem ad punctum hoc C. utcunque productam, nunquam attingere altitudinem BA, utcunque productam; cum sit ei parallela, utraque enim altitudo pariter et tangens est hoc casu ad applicatam BC perpendicularis: quare si in figura productarum $AUWXR$ constituenda, punctum R ipsi C respondere ponatur, recta RX erit infinita, sive quod idem est, extremum eius X distabit a basi BR recta maiore quam quae assignari possit, spatiumque $AUWXR$ erit asymptotum longitudinis infinitae, sed finitae magnitudinis, cum non nisi segmento $AFCA$ duplicato aequetur.

Quodsi curva AFG sit arcus circuli, et AFC arcus quadrantis; manifestum est spatium $AUWXSB$ aequari sectori $AFGB$ duplicato: et si R ipsi C respondeat, seu si recta RX sit infinita, spatium $AUWXCB$ quanquam infinite longum aequabitur semicirculo. Et hanc quidem appellare soleo f i g u r a m a n g u l o r u m, item h y p e r b o l a m f a l s a m, quemadmodum enim portiones spatii asymptoti hyperbolici sunt ut logarithmi, ut ex praeclaro P. Gregorii a S. Vincentio theoremate primus P. Sarrasa deduxit; ita portiones spatii asymptoti huius figurae sunt ut arcus sive anguli, ductisque rectis parallelis, eadem proportione secantur; posito enim rectam QF vel RG esse magnitudinis cuiusdam assignabilis, erit ut arcus circuli AF ad arcum AG, vel angulus ABF ad angulum ABC. ita spatium $BAUW\alpha$ ad spatium $BAUXS$.

Hyperbolen autem falsam cur vocem manifestum est, quia eaedem secantes, ut BH. vel BK, quae altitudini AB in punctis ut D. E. ad perpendiculum ordinatim applicatae hyperbolen formant, punctis baseos BC. ut α. vel S. impositae dant quam dixi figuram angulorum.

Eodem modo data qualibet curva inveniri potest figura quae eadem cum curva ratione secetur.

P r o p. 3. P r o b l e m a

„ Parabolam et paraboloeides in universum omnes et figuram quamlibet quadrare, in
„ qua p r o d u c t a ad a b s c i s s a m habet eandem semper rationem certam atque
„ constantem.

In eadem f i g. 1. esto curva AFC parabolae, aut paraboloeidis, aut alterius cuiusdam figurae, in qua productae sunt abscissis proportionales, seu in qua AT est ad AO,

---

15 deduxit: A. A. de Sarasa, *Solutio problematis*, 1649, S. 5–17.

ut AK ad AD. Nam in parabola quidem communi productae sunt abscissis aequales; in caeteris, proportionales. Et placet tabulam aequationum, quibus natura paraboloeidum exprimitur, hoc loco exhibere, unde eadem opera ratio abscissarum ad productas in unaquaque apparet. Cumque harum figurarum aequationes, applicatarum ad abscissas relationem exhibentes, ingrediantur rectae quaedam constantes et invariatae, quas parametros aut latera recta appellare solent, eas appellemus (a). abscissas ut AO, vel AD, (x). applicatas ut OP, vel DF, (y). Tabula vero haec erit.

2 proportionales. *(1)* Quod ut appareat tabulam paraboloeidum, qualem iam dudum geometra nobilis Christianus Hugenius in suo de Horologiis oscillatoriis tractatu novissimo, posuit; placet huc transferre, et qua *(2)* Et L 6 (a). *(1)* distantiam puncti in curva assunti a vertice, seu *(2)* abscissas L

2 *Zur Variante:* Zunächst wollte Leibniz die Huygens'sche Tabelle der Paraboloide, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 88 (*HO* XVIII S. 237), heranziehen, hat dann aber gemerkt, dass diese hier nicht passt.

[*1. Fassung, gestr.*]

Tabula Paraboloeidum

	quadratica seu communis		ax	$=y^2$
cubica	simplex		a^2x	$\left.\right\} = y^3$
	quadratiformis		ax^2	
			a^3x	
(seu $ax = y^2$)		$*$	a^2x^2	$\left.\right\} = y^4$
			ax^3	
			a^4x	
			a^3x^2	$\left.\right\} = y^5$
			a^2x^3	
			ax^4	
			a^5x	
(seu $a^2x = y^3$)		$*$	a^4x^2	
(seu $ax \;= y^2$)		$*$	a^3x^3	$\left.\right\} = y^6$
(seu $ax^2 = y^3$)		$*$	a^2x^4	
			ax^5	
			etc.	
			etc.	

Unde nonnulla satis notatu digna primo aspectu apparent, primum, parabolarum quadraticarum esse speciem unam, cubicarum duas, quadrato-quadraticarum tres u n a d e m t a (quae stella notata est), surdesolidarum quatuor, cubico-cubicarum quinque u n a rursus, stellata, d e m t a . Sive, quadraticarum esse speciem unam, cubicarum et

2 *Zur Tabelle:* $*$ *nebst zugehörigen Klammereinschüben erg. L* 24 (quae stella notata est) *erg. L* 25 u n a |rursus, stellata, demta *erg., ändert Hrsg.*| d e m t a *L*

quadrato-quadraticarum duas; surdesolidarum et cubico-cubicarum tres; atque ita porro, regula generali, ut tot sint species paraboloeidum dimensionis cuiusdam propositae, exponentem habentis numerum imparem vel parem, quot sunt unitates in exponente pari, proxime minori. Cur autem ab iis dimensionibus quae exponentes habent pares, una species stellata adimatur manifestum est; quoniam stellata per extractionem radicis ad dimensionis cuiusdam inferioris speciem iam ante nominatam nimirum ad primam reduci potest. Ita ex aequatione $* \; a^2x^2 = y^4$. per extractionem radicis quadratae fit, $ax = y^2$, et ex $* \; a^3x^3 = y^6$. fit per extractionem radicis cubicae aequatio eadem quae ante $ax = y^2$. Sed haec impraesentiarum persequi nihil attinet.

Illud tantum quod ad nostrum institutum facit, cuiusque causa tabulam attuli nunc exponendum est, nimirum methodum tangentium, ad has curvas ducendarum, a geometris praestantibus hanc esse, dudum proditam, ut sicuti est exponens potestatis x abscissae, ad exponentem potestatis y applicatae, ita sit ipsa x abscissa, ut in figura nostra recta AD, ad rectam DK, ex abscissa AD, et producta ad tangentem usque, recta scilicet AK, compositam.

Hinc iam illud apparet infinitas esse alias figuras, quae eadem problematis nostri methodo quadrari possint, quanquam tabula paraboloeidum utcunque continuata non contineantur, ut si recta DK, sit ad abscissam AD, ut numerus surdus ad integrum, vel ut integer ad surdum, vel ut surdus ad surdum; neque enim potestates enuntiari possunt, quarum exponentes sint numeri surdi, v. g. $y^{Rq6} = ax^{Rq6\,-\,1}$. nisi quis forte methodum in veniat, tollendi irrationalitatem, quod fieret ducendo ipsum $ax^{Rq6\,-\,1}$ toties in se, quot in Rq 6 sunt unitates, fieret y^6. sed altera aequationis pars non ideo statim ab aequatione *(!)* liberata foret cum fiat $y^6 = a^{Rq6}\,x^{6\,-\,Rq6}$. Quare huius generis figuras paraboloeidum more, hac quidem methodo enuntiare difficillimum fuerit. Forte putet aliquis methodo

4 minori *(1)* : et tot sint species paraboloeidum dimensionis cuiusdam exponentem habentis numerum parem, quot sunt exponentes dimensionis proxime inferioris, *(2)* . Cur *L* 6 nimirum ad primam *erg. L* 24 fuerit *(1)* , sed ut enuntiari tamen geometrico more possint; adhibenda est methodus a me alibi tradita de inveniendis applicatis ex datis productis. Quae si succedit hoc loco, nobisque aequationem geometrice enuntiatam praebet, eum inde ducemus fructum sane ingentem, ut et inexpectatum, ut enuntiationes huiusmodi plane irregulares et intractabiles, reducamus ad formulas usitatas; quemadmodum, si exponentes sint numeri fracti, facilis reductio est, ponamus enim aequationem hanc esse: $\mathrm{ax}^{\frac{1}{2}} = \mathrm{y}^{\frac{2}{2}}$, ea ad hanc aequationem revocari posset: $\mathrm{ax} = \mathrm{y}^2$, *(a)* si modo regula illa de ration *(b)* quoniam exponens x. ad exponentem y. est ut 1. ad 2. Meminisse tamen debemus eandem plane rationem abscissarum ad applicatas in diversis generibus figurarum paraboloeidum *(2)* . Forte *L* 24–626,1 methodo | quadam certa *gestr.* | quam *L*

quam alibi explicui, ex datis productis, quaerendi applicatas, eiusmodi aequationes irregulares ad communes formulas reduci posse. Sed considerandum est iisdem licet positis productis, diversas esse posse applicatas, nec proinde problema satis esse determinatum, nam in duabus paraboloeidibus quarum una aequationem habet $a^2x = y^3$, altera aequationem [*bricht ab*]

[*2. Fassung, gültig*]

[*Tabelle, s. S. 628 und S. 629*]

Ubi nonnulla, notatu satis digna, primo aspectu apparent. Ac primum, parabolarum quadraticarum f o r e speciem unam, cubicarum duas, quadrato-quadraticarum tres, surdesolidarum quatuor, cubico-cubicarum quinque; f o r e , inquam, nisi eae species stella notatae adimendae essent, in quibus aequationes deprimi possunt, quod fit quando potestatum omnium aequationem ingredientium exponentes habent unum divisorem communem,

ita	$a^2x^2 = y^4$	$a^4x^2 = y^6$	$a^3x^3 = y^6$	$a^2x^4 = y^6$
dat	$ax \quad = y^2$	$a^2x \quad = y^3$	$ax \quad = y^2$	$ax^2 \quad = y^3$.

Unde fit, ut quotiescunque exponens potestatis x habet divisorem communem cum exponente potestatis y. Idem divisor etiam exponenti potestatis a applicari possit, quia exponentes potestatum a et x iuncti faciunt exponentem potestatis y. Quare ut abscissa ad applicatam datam quandam habeat rationem certam atque constantem, non nisi in una figurae paraboloeidis specie contingere potest, et si quidem in alia contingere posse videtur, ea ad priorem reduci potest.

---

7 *Zur 2. Spalte der Tabelle:* $\dfrac{1}{\beta}$ ratio productae ut AK ad abscissam ut AD, ut est exponens potestatis (a) ad exponentem potestatis (x).
Zur 4. Spalte der Tabelle: Valor trili⟨nei⟩ parabo⟨lici⟩ $AFGR$, portione ⟨rectanguli⟩ circumscripti $E\langle R$ aliquota,⟩ $ER = b^2$; expressus.

---

1 alibi explicui: vgl. dazu N. 18. Leibniz spielt darauf noch einmal S. 630 Z. 8 an. 22–25 Zu den Ergänzungen zu Spalte 2 und 4 s. u. S. 630 Z. 18–22 sowie S. 631 Z. 8–11.

Quibus intellectis exponamus regulam, cuius causa tabulam attulimus, quae haec est, ex methodo tangentium ad huius generis curvas ducendarum, a praestantissimis geometris dudum prodita:
ut sicuti est exponens potestatis ipsius a. lateris recti, ad exponentem potestatis ipsius x. abscissae AD, ita sit producta AK ad ipsam x. seu abscissam AD.
Nec quisquam metuat, ne forte eadem exponentium y et x ratio in diversae speciei curvis obtingat, v. g. in aequatione $a^2x^2 = y^4$, et $ax = y^2$, quia, ut dixi, aequatio illa ad hanc reduci potest.

Hinc iam illud apparet, infinitas esse alias figuras, quae eadem problematis nostri methodo quadrari possint, quanquam tabula paraboloeidum utcunque continuata non contineantur, ut si producta AK sit ad abscissam AD, ut numerus integer ad surdum, vel ut surdus ad integrum, vel ut surdus ad surdum. Nam si ponatur AK ad AD, exempli gratia, ut 1. ad Rq 6. − 1. figura paraboloeidum more ex regulae allatae praeceptis tractata daret hanc aequationem: $y^{Rq\ 6} = ax^{\overline{Rq\ 6}\ -1}$. ubi y et x ad dimensiones quasdam imaginarias, quales inter quadratum et cubum, cubum et quadrato-quadratum, aliasque potestates mediae fingi possunt, ascendunt. Quas vero formulas ad communem enuntiandi rationem revocare, non adeo expeditum opinor futurum est.

Annotabit forte aliquis numeros fractos surdorum loco adhibitos eandem facturos difficultatem, ut si aequatio sit $ax^{\frac{1}{2}} = y^{\frac{3}{2}}$. ascendi ad imaginarios. Sed sciendum est $x^{\frac{1}{2}}$ idem esse, quod $\frac{x}{2}$. et $y^{\frac{3}{2}}$ idem esse $\frac{y^2}{2}$. ac proinde hanc formulam ad communem illam $ax = y^2$. reduci. Idemque apparet ex ratione productae AK ad abscissam AD, quae si intelligatur esse ut numeri integri ad fractum, aut fracti ad integrum, aut fracti ad frac-

4 exponens *(1)* potestatis (y) | applicatae DF. *erg.* | ad exponentem potestatis (x) | abscissae AD. *erg.* |, ita sit *(a)* composita ex abscissa *(b)* in figura nostra prima recta KD (composita ex *(aa)* abscissa DA, et *(bb)* producta KA, et abscissa AD) *(2)* potestatis *L* 12 surdum *(1)* ; neque enim potestates enuntiari possunt, quarum exponentes sint numeri surdi, ut exempli gratia: $\mathrm{y}^{\mathrm{Rq}\ 6} = \mathrm{ax}^{\overline{\mathrm{Rq}\ 6}-1}$. Quomodo enim y. toties in seipsum duci intelligemus, quot sunt in Rq 6. unitates, cum Rq 6. non sit unitati commensurabilis? *(a)* Sane nisi sit aliqua reducendi ratio *(b)* Sane figuras talium aequationum geometrice describere difficillimum arbitror, nisi aliqua reductio adhibeatur. *(c)* Quae sane ex communibus algebrae legibus *(aa)* difficillima futu *(bb)* quam *(2)* . Nam *L* 17 opinor *erg.* *L*

18–630,2 Leibniz greift auf die Bezeichnungsweise von N. 38 zurück, aber auch hier leidet die Betrachtung unter Unzulänglichkeiten in der Rechnung.

Tabula

	Aequationes				
	$y^2 =$	$a\ x$		$\frac{1}{1}$	
	$y^3 =$	$a\ x^2$		$\frac{1}{2}$	
		a^2x		$\frac{2}{1}$	
	$y^4 =$	$a\ x^3$		$\frac{1}{3}$	
(seu $ax = y^2$)		a^2x^2	$*$	$\frac{2}{2} = 1$	
		a^3x		$\frac{3}{1}$	
	$y^5 =$	$a\ x^4$		$\frac{1}{4}$	
		a^2x^3		$\frac{2}{3}$	
		a^3x^2		$\frac{3}{2}$	
		a^4x		$\frac{4}{1}$	
	$y^6 =$	$a\ x^5$		$\frac{1}{5}$	
(seu $ax^2 = y^3$)		a^2x^4	$*$	$\frac{2}{4} = \frac{1}{2}$	
(seu $ax = y^2$)		a^3x^3	$*$	$\frac{3}{3} = 1$	
(seu $a^2x = y^3$)		a^4x^2	$*$	$\frac{4}{2} = 2$	
		a^5x		$\frac{5}{1}$	
				etc.	
				etc.	

Paraboloeidum

N o m e n c l a t u r a

quadratica	seu communis	$\left(\frac{2b^2}{6}\right)$	$\frac{b^2}{3}$								
cubica	quadratiformis			$\frac{2b^2}{5}$							
	simplex	$\left(\frac{2b^2}{8}\right)$	$\frac{b^2}{4}$		$\left(\frac{1}{4}b^2\right)$						
quadrato–quadratica	cubiformis			$\frac{3b^2}{7}$							
	quadratiformis				$\frac{2b^2}{6}$	$\left(\frac{1}{3}b^2\right)$					
	simplex	$\left(\frac{2b^2}{10}\right)$	$\frac{b^2}{5}$				$\left(\frac{1}{5}b^2\right)$				
surdesolida	$\square^{to}$ $\square^{ti}$ formis			$\frac{4b^2}{9}$							
	cubiformis				$\frac{3b^2}{8}$						
	quadratiformis						$\frac{2b^2}{7}$				
	simplex	$\left(\frac{2b^2}{12}\right)$	$\frac{b^2}{6}$						$\left(\frac{1}{6}b^2\right)$		
quadrato–cubica	quadrato–cubiformis			$\frac{5b^2}{11}$							
	quad. quadratiformis				$\frac{4b^2}{10}$	$\left(\frac{2b^2}{5}\right)$					
	cubiformis						$\frac{3b^2}{9}$	$\left(\frac{1}{3}b^2\right)$.			
	quadratiformis								$\frac{2b^2}{8}$	$\left(\frac{1}{4}b^2\right)$	
	simplex		$\frac{b^2}{7}$								$\left(\frac{1}{7}b^2\right)$

15 *(1)* cubico- *(2)* quadrato-cubica *L*

tum, semper revocari potest ad rationem integri ad integrum; ut si AK ad AD sit, ut $\frac{3}{4}$ ad $\frac{1}{6}$. perinde est ac si diceretur esse ut 18 ad 4.

At si ratio sit ut Rq 6. ad 1. utique aequatio ad paraboloeidum formulam concepta eam, quam dixi, irregularitatem, nunquam exuet: neque enim nisi unquam surdus ad numerum erit ut numerus ad numerum.

Ut vero figura tali aequatione formata quam geometricam esse negari non potest, cum tangentes eius duci possint, communi more enuntiabilis, ac continuo quodam motu descriptibilis reddatur, adhibenda est methodus a me inventa, et alibi tradita, inveniendi applicatas ex datis productis.

Posito regulam, de eadem in talibus aequationibus ac figuris ratione linearum AK ad AD, quae est exponentium a et x esse adeo universalem, ut obtineat tunc quoque, cum ratio linearum surda est. Quod nunc excutere non vacat.

Ita enim ex ea methodo praeter alios ingentes, hunc quoque fructum capiemus, ut aequationes eiusmodi plane irregulares et intractabiles ad formulas usitatas reducantur, quod nescio an ulla algebrae arte fieri semper possit.

Et fortasse maior inde lux ad surdas tractandas, quae hactenus leges a nobis recusant, oriri potest.

Ut autem figurarum eiusmodi omnium quadrandarum rationem universaliter demonstremus, rationem illam constantem abscissae AD ad productam AK appellemus β. ita ut producta multiplicata per β det abscissam, et abscissa divisa per β productam. Aream trilinei concavi $AFGR$. quod figurae datae $AFGE$ supplemento est ad rectangulum ER. appellemus z^2. et rectangulum ER vocemus b^2. Constat autem hoc trilineum concavum esse summam omnium abscissarum ad AR perpendiculariter ordinatimque applicatarum: AO translata in ZP. et AD in QF. et AE in RG. etc. Quod si iam abscissae sunt productis proportionales, sive si abscissae ad productas respondentes, eandem semper habent rationem [quae β ad 1], etiam summa abscissarum $AUWXR$, vel per prop. 2. segmentum duplicatum [$AFGA$]. erit ut [β ad 1]. Ergo[:]

13–15 *Daneben großes* NB.

6 f. quam geometricam ... communi more *erg. L* 10 in ... figuris *erg. L* 12 Quod ... vacat. *erg. L* 26 rationem *(1)* β *(2)* quae 1 ad β *L ändert Hrsg.* 27+631,3 AFGθA *L ändert Hrsg. zweimal* 27 1 ad β *L ändert Hrsg.*

$2z^2$ (trilineum concavum $A\theta GE$ + trilineum concavum simile et aequale $AFGR$) $+\dfrac{z^2}{\beta}$ (segmentum duplicatum $[AFGA]$) $= b^2$ (rectangulo ER. quia duplex trilineum concavum cum duplici segmento totum rectangulum ER complent). Ergo

$$z^2 = \frac{b^2}{2+\dfrac{1}{\beta}}.\quad \text{Q. E. F.}$$

Hoc est[:]

Rectanguli (ER) pars aliquota, a numero ex binarii et alterius numeri $\dfrac{1}{\beta}$ rationem productae ad 1. abscissam exprimentis additione orto, denominata trilineo figurae concavo ($AFGR$) aequatur.

Exemplo veritas regulae statim confirmatur. Si curva sit parabolae communis, erit $\beta = 1$. ergo $z^2 = \dfrac{b^2}{2+1=3}$.

T a b u l a vero qua V a l o r e s t r i l i n e o r u m continentur secundum hanc regulam supputata, mirabiles detegit rerum naturae harmonias, quae profunda potius meditatione sentiuntur, quam paucis verbis satis libantur. Introducam tamen, atque aditum menti his dapibus inescatae dabo.

Ac primum illud animadverto, si ut solent facere primum aequationes stellatas, quae in alias dudum positas reducebantur, eliminassem; deinde recto ordine valores sibi invicem subrogassem, nullis velut gradibus atque generibus constitutis; pro pulchra quadam serie, harmoniae plena, rude nescio quid atque indigestum reportassem, in quo nec suspicio concinnitatis restaret.

Deinde illud consideratione dignum arbitror, esse in quolibet parabolarum gradu, velut inter ipsas cubicas aequationis y^3, aut quadrato-quadraticas aequationis y^4, alias aliis simpliciores. Atque eas nimirum, in quibus abscissa nulla potestate affecta est, ut

6 f. Q. E. F. *(1)* Hoc est: binario numeri rationem abscissae ad productam exprimentis (integri vel fracti, rationalis vel surdi) accessione aucto, | rectanguli ER *erg. u. gestr.* | pars aliquota secundum numerum productum rectanguli ER est *(2)* Hoc *L*

$ax = y^2$, vel $a^2x = y^3$, vel $a^3x = y^4$, vel $a^4x = y^5$, vel $a^5x = y^6$, etc. esse caeteris simpliciores, unde et trilineorum valores simplicissime exprimuntur, sunt enim tertia, quarta, quinta, sexta, septima portio rectangulorum. Atque huius generis paraboloeides propemodum solae vulgo considerantur. Certe non nisi istarum quadraturas ab aliis demonstratas legi. Caeteras uspiam exstare aut demonstratas, aut saltem indicatas, non memini.

Has vero simpliciores ita communiter explicare solent[:] Parabolae quadraticae, applicatas ad axem seu basi parallelas, esse in subduplicata ratione altitudinum, cubicae (simplici scilicet, sed quae vulgo sola nominatur) in subtriplicata, quadrato-quadraticae in subquadruplicata, et ita porro. Contra sumto trilineo, et in eo applicatis ad basin seu axi parallelis; quadraticae applicatas esse in duplicata, cubicae in triplicata, quadrato-quadraticae in quadruplicata ratione altitudinum.

Subtilissimus Wallisius vocat elementa huiusmodi in trilineo seu ordinatim ad altitudinem uniformiter crescentem applicatas axi parallelas: primanos, secundanos, tertianos, quartanos; vel in ipsa parabola, axi applicatas: subprimanos, subsecundanos, etc. Quemadmodum in hyperbola et hyperboloeidibus, primanorum, secundanorumve, vel subprimanorum, subsecundanorum reciprocos.

Atque ita factum est, ut de simplicium tantum paraboloeidum quadratura cogitaretur, praesertim cum illi omnes, qui hactenus seriebus numerorum respondentibus in unam summam colligendis operam dedere, quos inter novissimus pene ac subtilissimus omnium *Trianguli arithmetici* autor Pascalius eminet, non nisi numerorum quos vocant triangularium, pyramidalium, etc., itemque quadratorum, cuborum, altiorumque potestatum summam collegerint.

At vero ad summam seriei eiusmodi ineundam sive finitam sive infinitam:

$$1 \quad Rq\ 8. \quad Rq\ 27. \quad \underset{=8}{Rq\ 64.} \quad Rq\ 125. \quad Rq\ 216.$$

qua radices quadratae numerorum cubicorum exhibentur, aut ad habendam summam seriei talis:

$$1 \quad Rcub.\ 4. \quad Rc.\ 9. \quad Rc.\ 16. \quad Rc.\ 25. \quad Rc.\ 36.$$

4–6 Certe ... non memini: Zur Problematik der Quadratur der höheren Parabeln und Hyperbeln vgl. Hofmann, *Leibniz in Paris*, 1974, S. 55–57. 13 Wallisius vocat: *Mechanica*, 1672, S. 144 f. (*WO* I, S. 665 f.), bzw. *Arithmetica infinitorum*, 1656, S. 35 u. 54 (*WO* I, S. 384 u. 390).

ex radicibus cubicis numerorum quadratorum, nemo unquam vel aspiravit. Quarum utraque ex quadratura paraboloeidis cubicae compositae seu quadratiformis (nam ex parabolis cubicis non nisi una composita est) manifeste pendet; cuius scilicet aequatio est $ax^2 = y^3$.

Unde aequatio duplex; una:

$x = \sqrt{_q}\ \dfrac{y^3}{a} = \dfrac{\sqrt{_q}\ y^3}{\sqrt{_q}\ a}$, unde posito $y = 1.$ vel $2.$ vel $3.$ etc. et $a = 1.$ fiet:

Rq 1. *Rq* 8. *Rq* 27. etc.

altera aequatio:

$y = \sqrt{_c}\ ax^2$, unde posito $x = 1.$ vel $2.$ vel $3.$ et $a = 1.$ fiet:

Rc. 1. *Rc.* 4. *Rc.* 9.

Ita inter parabolas quadrato-quadraticas, una est cubiformis $ax^3 = y^4$, qua radices cubicae numerorum quadrato-quadratorum; vel quadrato-quadraticae numerorum cubicorum in summam colligi possunt, alia est quadratiformis $a^2x^2 = y^2$, quae coincidit parabolae quadraticae; tertia est simplex, qua summa numerorum quadrato-quadraticorum, vel radicum quadrato-quadraticarum ex numeris naturalibus initur, $a^3x = y^4$.

Quod si caeteras quoque paraboloeides prout cuiusque nomenclatura in tabula est, prosequamur, apparebit nihil huius generis nos effugere posse, qualia certe nemo ab algebra aut simplici arithmetica infinitorum, a geometria separata, speraverit. Et vero cum haec methodus etiam ad finitas series in summam colligendas serviat, poterit eius usus esse ingens in reducendis aequationibus. Saepe enim duae pluresve radices surdae addi poterunt in unam summam aut sibi subtrahi; cum hactenus non nisi dicis causa signa $+$ vel $-$ interposita sint, idque illi si Diis placet additionem subtractionemque vocant. Exempli causa ostendi potest $Rq\ a^2 + Rq\ 2a^2 = \dfrac{4}{3} Rq\ 2a^2$. Ita $Rc\ 9a^3 + Rc\ 16a^3$. in unam quantitatem colligi potest. Quod si termini affecti non sint iidem, ut $Rq\ a^2 + Rq\ 2b^2$, ratioque eorum nota sit, ea ascribatur, ut si b sit $= 3a$. fiet: $Rq\ a^2 + Rq\ 18a^2$. Et haec

10 f. Rc. 9. *(1)* Aliae series | huiusmodi *erg.* | infinitae eadem methodo in summam colligi possunt; quod al *(2)* Ita *L* 20 in *(1)* poliendis *(2)* reducendis *L* 24 f. potest. *(1)* Idemque verum est, si *(2)* | Quod si *(a)* terminorum alio *(b)* termini ... + Rq $2b^2$, *(aa)* vel ne *(bb)* imo si alter sit cognitus *(cc)* ratioque ... + Rq $18a^2$. *erg.* | Et *L*

23 ostendi potest: Diese Aussage trifft nicht zu.

quidem facile fieri possunt, modo termini addendi sint continui alicuius seriei potestatum, id est numerorum naturalium, quadraticorum, cubicorum; nec refert cuius radicis extractio postuletur; nam datis terminis continuis numerorum v. g. cubicorum, summa radicum, sive quadratarum, sive cubicarum, sive quadrato-quadraticarum, sive aliarum, quarumcunque ex illis extractarum in infinitum, iniri potest: modo scilicet eiusdem simul dimensionis radix ex omnibus extrahatur, nam colligere velle $Rq\ 2 + Rc\ 3$. id hac quidem methodo fieri non potest. Sed nec subtractio radicum promovetur, v. g. $Rq\ 3 - Rq\ 2$. saepe tamen per transpositionem subtractio in additionem mutari potest in aequationibus.

Quod si termini continui non sint, cogitandum est an continuorum ritu tractari possint arte quadam, v. g. $Rq\ a^2 + Rq\ 3a^2$. Sane fingi potest 1. 3. esse terminos progressionis arithmeticae continuae, cuius intervallum 2. substitui possit in locum 1. salvo alioquin calculo.

Sed haec cum sint momenti sane maximi alias accuratius excutiemus. Quemadmodum illud quoque an non et radices quadraticae, cubicaeve, numerorum triangularium aliorumve, ut pyramidalium, etc. hac methodo iniri possint. Nunc vero possumus tot serierum summa tot figurarum quadratura nove detecta contenti esse.

Caeterum praetereo tot alias quadraturarum nostrarum harmonias, quas attenta tabulae consideratione detegere quivis potest.

At nunc quidem abibo hinc, ubi id unum admonuero, si productae abscissis sint proportionales figuram productarum $AUWXR$ fore figurae abscissarum $AFGR$ homogeneam, ac proinde si AFG sit curva cuiusdam paraboloeidis, curvam $AUWX$ eiusdem specie, quanquam alterius magnitudine (latere quippe recto, mutato) paraboloeidis fore.

P r o p. 4. P r o b l e m a

„ Centrum gravitatis omnium paraboloeidum, et quod hinc sequitur solidorum ab illis
„ revolutione circa axem quemcunque genitorum dimensiones invenire; quadratorum-
„ que, et cuborum, et quarumlibet ab applicatis potestatum summam inire.

Constat invento centro gravitatis, areaque figurae, momentum eius ex axe quocunque, sive solidum circa axem illum genitum haberi. Cumque areas omnium paraboloeidum habeamus restat ut centra gravitatis quaeramus.

Centrum gravitatis datur, dato momento figurae quadrabilis ut $AFGE$, vel $AFGR$. tum ex altitudine AE, tum basi (eiusve opposita) AR. Hoc enim momento per figurae

26 applicatis | cuiuslibet *streicht Hrsg.* | potestatum *L*

magnitudinem diviso, distantia centri, ab axe librationis habetur, habitis autem distantiis eiusmodi duabus centrum habetur.

Momentum figurae ex quodam axe librationis aequatur summae semiquadratorum, quorum latera sunt perpendiculariter figurae. Ita summa semiquadratorum

$$\frac{OP^2}{2} + \frac{DF^2}{2} + \frac{EG^2}{2} \text{ etc. seu omnium } y$$

aequatur momento figurae convexae $AFGE$ ex axe librationis AE.
Eodem modo summa semiquadratorum

$$\left[\frac{RG^2}{2} + \frac{QF^2}{2} + \frac{ZP^2}{2}\right] \text{ etc. seu omnium } x$$

aequatur momento figurae concavae $AFGR$ ex opposita basi AR.
Dato autem momento figurae concavae $AFGR$ ex AR. etiam momentum convexae $AFGE$. ex eadem AR datur; datur enim dudum momentum rectanguli ER, ex recta AR, a quo si momentum cognitum trilinei concavi detrahatur, restabit utique momentum convexi residui.

Aio nunc in omni paraboloeide summam pariter omnium x^2, et omnium y^2 iniri posse. Ac primum y semper est radix, sive quadrata, sive cubica, sive altior quaecunque quam vocabo: $R\beta$. alterius partis aequationis, in qua exponens potestatis ipsius a quicunque γ. et ipsius x quicunque δ. eritque $\gamma + \delta = \beta$. et aequatio figurae haec:

$$y = R\beta\ a^\gamma x^\delta. \text{ et } y^2 = R\beta\ a^{2\gamma} x^{2\delta}.$$

Aio horum: $R\beta\ a^{2\gamma} x^{2\delta}$ summam iniri posse.

Quaeratur aequatio naturam huius figurae solidae exprimens. Quaeratur paraboloeis cuius eadem aequatio est, qualis deesse non potest; ea quanquam plana figurae huic solidae, homogenea est, ac proinde eam habebit rationem figura solida ad prisma eiusdem cum figura solida altitudinis et basis (quod prisma quadrabile est, cum eius

8 $\frac{\mathrm{RX}^2}{2} + \frac{\mathrm{QW}^2}{2} + \frac{\mathrm{ZU}^2}{2}$ *L ändert Hrsg.* 18 $\mathrm{y}^2 =$ *(1)* $\mathrm{R}\beta\mathrm{a}^{\gamma^2}\mathrm{x}^{\delta^2}$. Aio horum: $\mathrm{R}\beta\mathrm{a}^{\gamma^2}\mathrm{x}^{\delta^2}$ summam iniri posse. Nam $\mathrm{R}\beta\mathrm{x}^{\delta^2}$ semper haberi potest, qualiscunque sit exponens β aut δ. ut ex *(a)* figura *(b)* problemate praecedente constat, ut ponamus β esse *(aa)* 5. et δ^2 esse 4. erit $\mathrm{R}\beta\mathrm{x}^{\delta^2}$ radix surdesolida *(bb)* 6. et δ^2 esse 4. erit $\mathrm{R}\beta\mathrm{x}^{\delta^2}$ radix cubico-cubica ex termino quadrato-quadratico, qualium summa iniri potest | ope parabolae cubico-cubicae quadrato-quadratiformis *erg.* |, productum per $\mathrm{R}\beta\mathrm{a}^{\gamma^2}$, quae semper eadem est multiplicetur. Intelligatur figura plana, huic solidae homogenea, in qua sit $\mathrm{y}^2 = \mathrm{a}^{\gamma^2}\mathrm{x}^{\delta^2}$ *(2)* $\mathrm{R}\beta\mathrm{a}^{2\gamma}\mathrm{x}^{2\delta}$ *L* 20 exprimens *(1)* ; nimirum ablegata irrationalitate, omnibusque toties in se ductis, quot in β sunt unitates, fiet aequatio $\mathrm{y}^{2\beta} = \mathrm{a}^{2\gamma}\mathrm{x}^{2\delta}$. *(2)* . Quaeratur *L*

basis, quadratum scilicet maximae y nota sit) quam habet paraboloeis homogenea ad rectangulum eiusdem cum ipsa altitudinis basisque. Habebitur ergo figura haec solida sive quadratorum summa.

Eodem plane modo summa omnium x^2 inibitur, aequatione enim posita

$$y^\beta = a^\gamma x^\delta, \text{ fiet } x = R\delta\, \frac{y^\beta}{a^\gamma} \text{ et } x^2 = R\delta\, \frac{y^2\beta}{a^2\gamma}.$$

Inde aequatio paraboloeidis homogeneae investigetur cuius paraboloeis summae omnium x^2 homogenea est.

Exemplo res fiet manifestior. Esto paraboloeis cubica quadratiformis aequationis

$$ax^2 = y^3. \text{ Ergo } y = Rc\ ax^2. \text{ et } y^2 = Rc\ a^2x^4,$$

patet $y^6 = a^2x^4$. Sed quia applicata hoc loco non est y sed y^2, ideo si fingatur esse y, fiet $y^3 = a^2x^4$, reformanda in istam $y^3 = \dfrac{x^4}{a}$, vel $y^3a = x^4$, quae figura plana seu paraboloeis quadrato-quadratica cubiformis, figurae omnium y^2, paraboloeidis datae, homogenea est, sunt enim cubi applicatarum y^2 in solida, y in plana, ut quadrato-quadrata abscissarum x.

Eritque summa omnium y^2, seu applicatarum in figura $AFGE$, usque ad maximam EG[,] $= \dfrac{2EG^3}{7}$, quae dimidiata divisa per aream ipsius paraboloeidis datae $\dfrac{3EG^2}{5}$ dabit $\dfrac{5}{21}EG$, distantiam centri gravitatis paraboloeidis cubicae quadratiformis ab axe AE.

Vicissim si summa omnium x^2 in eadem paraboloeide, vel potius trilineo eius concavo ineunda sit, cum sit $y^3 = ax^2$, erit $x^2 = \dfrac{y^3}{a}$. cuius quidem facile est aliunde inire summam, cum summa omnium y^3, quae haberi potest, per a dividenda sit. Sed ut methodo tamen

9 f. Rc $\mathrm{a^2x^4}$, *(1)* unde aequatio: $\mathrm{y^6 = a^2x^4}$. reducibilis ad | priorem *erg.* | $\mathrm{y^3 = ax^2}$. Est ergo momentum eius | paraboloeidis *erg. u. gestr.* | seu solidum revolutione circa axem AB. genitum, ipsi figurae hoc loco proportionale, quod alioquin *(a)* non nisi *(b)* et in figura logarithmorum observavi. In eadem paraboloeide $\mathrm{x = Rq\, \dfrac{y^3}{a}}$. Ergo $\mathrm{x^2 = \dfrac{y^3}{a}}$. Unde aequatio $\mathrm{ax^2}$ *(2)* patet *L* 21 , cum summa ... sit *erg. L*

15 summa omnium y^2: genauer müsste es $\frac{3}{7}\,AE\cdot EG^2$ heißen. Leibiz rechnet mit dem unrichtigen Ergebnis bis S. 637 Z. 10 weiter.

nostrae insistamus, substituta x pro x^2, fiet $x = \frac{y^3}{a}$, et correcta aequatione $xa = \frac{y^3}{a}$, vel $xa^2 = y^3$. Ergo figura plana, solidae omnium x^2 homogenea est parabola cubica simplex, quae cum sit quarta pars sui rectanguli, etiam figura solida omnium x^2, sui parallelepipedi quarta pars erit. Id vero verissimum esse iam tum manifestum est, cum sit $x^2 = \frac{y^3}{a}$. et maximum horum quadratorum $AE^2 = RG^2 = \frac{EG^3}{a} = \frac{AR^3}{a}$. Iam summa omnium y^3, $= \frac{\text{maximum } y^4}{4}$ seu $\frac{EG^4}{4}$. Ergo summa omnium x^2 erit $\frac{EG^4}{4a}$. eorumque dimidium seu momentum omnium x, ex AR, erit $\frac{EG^4}{8a}$. subtractum a momento totius rectanguli ER, $\frac{AE^2 \frown AR}{2}$ relinquet $\frac{AE^2 \frown EG}{2} - \frac{EG^4}{8a}$, momentum figurae convexae $AFGE$, quod per aream eius $\frac{3EG^2}{5}$ divisum, dabit $\frac{5\ AE^2}{6\ EG} - \frac{5\ EG^2}{24a}$ distantiam centri gravitatis figurae $AFGE$, ab AR.

Atque haec quidem methodus centra inquirendi generalis est, et in omnibus paraboloeidibus successura, aliae sunt particulares; cum y in x. vel x in y. cum fructu duci potest, ut in paraboloeide cubica simplici, $a^2x = y^3$, et ideo $x = \frac{y^3}{a}$, erit $xy = \frac{y^4}{a^2}$, id est cylinder trilinei paraboloeidis quadrato-quadratici simplicis, cuius aequatio est $xa^3 = y^4$. Item cum ob aequationem $a^2x = y^3$ sit $y = Rc\ a^2x$, erit $yx = Rc\ a^2x^4$, sed hic manifestum est, non ita facilem exitum esse, nisi methodo a me exposita ad figuras planas homogeneas solidae reducantur.

Operae pretium autem foret, calculum centrorum in his figuris prosequi tabulaque exponere, spes enim est, si recte distinguatur, harmonias quasdam non inelegantes, quales ipse figurarum valor dedit, quaeque pulcherrimae certe sunt, calculi confirmationes, non defore; sed ista nunc prosequi non vacat. Attamen observationes aliquot principales omittere non possum, nimirum:

Momentum omnium x ex vertice, seu xy figurae paraboloeidis simplicis cuiuscunque esse cylindrum trilinei paraboloeidis simplicis proxime altioris. Ita momentum trilinei concavi

3 sui | parallelepipedi *streicht Hrsg.* | rectanguli *L* 21 vacat. *(1)* Lubet tamen spatium relinquere, ut si *(a)* quando otium *(b)* alias per otium attexi possint. Unam hoc loco tantum adicio observationem, *(2)* Attamen *L*

parabolae communis, esse cylindrum trilinei parabolae simplicis cubicae; et ostendimus paulo ante huius quoque trilinei momentum esse cylindrum trilinei parabolae simplicis quadrato-quadraticae; idemque de caeteris intelligendum.

Et huic observationi aliam non absimilem addo, omnes scilicet paraboloeides p e n e s i m p l i c e s , seu simplicibus proximas cuiuscunque gradus (quippe quas ingreditur x^2), habere momentum trilinei ex ipsa AR, basi paraboloeidis BC parallela, homogeneum trilineo figurae plane simplici gradus proxime sequentis, quoniam in talibus $x^2 = \frac{y^3}{a}$ vel $\frac{y^4}{a^2}$ vel $\frac{y^5}{a^3}$ vel $\frac{y^6}{a^4}$ etc. Sunt autem semiquadrata omnium x, seu omnia $\frac{x^2}{2}$ momento earum ex altitudine cui applicatae sunt AR aequalia, ut constat. Rectius dicam non tantum homogenea esse haec solida, illis planis, sed esse eorum cylindros, nam summa omnium $\frac{y^3}{a}$ est cylinder omnium $\frac{y^3}{a^2}$, seu summa omnium x^2, paraboloeidis p e n e s i m p l i c i s , est summa omnium x, paraboloeidis p l a n e s i m p l i c i s , gradus proxime sequentis, ducta in a.

Iam suppono notam esse rectam AG eiusque infinitesimam $GF = a = \langle b\rangle = FE$ vel $HI = 1$. est enim unitas constructionis. Suppono et notam esse rectam FN vel GN non minus ac EM. Nam ex cognita progressione seu loco productarum, quaeritur locus applicatarum seu figura ipsa. Constat etiam, quemadmodum ST est $= HI$, ita TH esse $= ID$, et $SH = HD$.

Cumque sit: $\frac{LH}{FH} = \left[\frac{1 = KL}{NF}\right]$. erit $(LH) = \frac{FH}{NF}$. et eodem modo $\frac{ED}{ME} = (ID)$. Porro $IP = LH$ (quia $KL = HI$, unde et $KH = HP$). Ergo $(DP =) LH - ID = \frac{FH}{NF} - \frac{ED}{ME}$. Ergo posita FH applicata velut cognita, cuius iam sequens ED indaganda

---

1 *Zu* ratio: inutiliter[,] bis utimur eadem aequatione[,] seu $\frac{ME}{NF} \times \frac{NF}{ME} = 1$.

15–22 *Daneben, durch Trennstrich abgesetzt:* $\frac{3}{1} - \frac{3}{5} = a$. $3 = a \frown \llcorner 1 - 5 \lrcorner$. *(!)* $a = \frac{12}{5}$. $\frac{12}{5} \frown 1 - 5$ fit $\frac{12}{5} - 12$.

3 Ut rectam *(1)* AM *(2)* EM *L* 20 $\frac{1 = \mathrm{ST}}{\mathrm{MF}}$ *L ändert Hrsg.*

est, constat esse $\frac{EP}{EN} = \frac{FH}{FN}$. seu $EP = \frac{EN \frown FH}{FN}$. et ED esse $EP - DP$. erit

$$ED = \frac{EN \frown FH}{FN} - \frac{FH}{NF} + \frac{ED}{ME}.$$

Ergo $$ED - \frac{ED}{ME} = \frac{EN \frown FH}{FN} - \frac{FH}{NF} = \frac{ME \frown ED}{ME} - \frac{ED}{ME}.$$

Ergo $$\frac{\frac{EN \frown FH}{FN} - \frac{FH}{NF}}{1 - \frac{1}{ME}} = \frac{EN - 1 \frown \frac{FH}{FN} \frown ME}{ME - 1} = ED.$$

Utile est autem ipsam [FH] applicatam datam, supponere aequalem ipsi [AF] abscissae, ad inchoandum applicatarum calculum, quoties aequationem figurae, seu calculum applicatarum quaerimus.

Figurae sunt loci applicatarum. Alioquin fieri potest ut v. g. circulus sit locus applicatarum hyperbolae si considerentur ut chordae, hyperbola vel ellipsis locus applicatarum trianguli si considerentur ut reductae, parabola locus applicatarum parallelogrammi, si functionem reductae facere intelligantur.

Videndum an sint curvae, in quibus nunquam contingit, ut applicata aliqua sit abscissae aequalis vel maior. Nam si aliqua maior est, etiam aliqua aequalis est, cum certum sit semper aliquas esse minores; quare aequalis aliqua inter maiores et minores.

Sed ut aequationem coeptam absolvamus, datur ratio EN ad ME. ergo ME appellemus βEN. Datur et ratio FN ad ME. ergo idem ME alias appellabimus γFN. Fiet ergo aequatio haec ex praecedente:

$$\frac{EN \frown FH}{FN} - \frac{FH}{FN} = \frac{\beta EN \frown ED}{\gamma FN} - \frac{ED}{\gamma FN}.$$

ergo $EN \frown FH - FH = \frac{\beta EN \frown ED}{\gamma} - \frac{ED}{\gamma}$. et $\dfrac{EN \frown FH - FH}{\frac{\beta EN}{\gamma} - \frac{1}{\gamma}} = ED$.

14 *Über* aliquas:

5 ipsam *(1)* ED *(2)* EH *L ändert Hrsg.* 5 AE *L ändert Hrsg.* 9 vel ellipsis *erg. L*

8 Alioquin: Zum Kreis s. o. S. 660 Z. 19; zu Hyperbel und Ellipse vgl. N. 35 S. 584 Z. 10 f.

Sed his ambagibus non est opus, sufficit ex aequatione superiore dicere:

$$\frac{\dfrac{EN \frown FH}{FN} - \dfrac{FH}{FN}}{1 - \dfrac{1}{ME}} = ED.$$

Unde notari potest, quoties ex aliis linearum in figura data functiones facientium generibus assumtis, applicatae quaeruntur, unam semper applicatam ponendam velut assumtam, et sequentem velut quaesitam. Quodsi enim ex una quadam applicata assumta proxime sequens aut antecedens determinari potest figura geometrice, id est per omnia puncta describi ac determinari potest.

Unum annotandum est, antequam hinc abeamus, ipsam DP $(= LT = KS)$, item ipsam QD et QP esse ipsis infinite parvis, ut HI, infinities minores. Nam cum triangula MNH et DQH sint similia, erit $QD = \dfrac{MN \frown HD}{MH}$. Iam MN est linea infinite parva eiusdem dimensionis cum FE. Saepe enim fit, ut MN sit $= FE$. ut in parabola, aut proportionale, ut in paraboloeidibus aut hyperboloeidibus; semper ut sit eiusdem dimensionis. Et certe si MN esset linea finita, seu assignabilis, non posset intelligi NH et MD eiusdem puncti tangentes esse, quod tamen supponimus, et si id punctum rursus cogitatione in partes, quibus certe non caret, discernamus. Lineam autem infinite parvam MN per aliam lineam infinite parvam eiusdem dimensionis HD multiplicari at per infinities maiorem seu assignabilem MH dividi, est eam reddi infinities infinite parvam, seu subcubicam. HD autem infinite parvam eiusdem dimensionis cum MN patet, quia est eiusdem dim. cum HI. quod ostendo, quia $ME : ID :: MH : HD$ [*sic!*]. Iam si

3 in figura ... facientium *erg.* *L* 10 $\dfrac{\mathrm{MN} \frown \mathrm{HD}}{\mathrm{MH}}$. *(1)* ⟨at⟩ *(2)* aliquot *(3)* infinite parvo, | ut MN *nicht gestr.* | *(a)* id enim suppono esse *(b)* homo *(4)* Iam *(a)* punctum *(b)* MN *L* 18 seu *(1)* subquadraticam *(2)* subcubicam *L*

18 subcubicam: In der Variante steht richtiger subquadraticam, genauer handelt es sich um Unendlichkleine zweiter Ordnung. 19 quod ostendo: Der Beweisversuch geht fehl, die Aussage hingegen ist richtig.

QD infinities infinite parva, ergo talia erunt etiam QP et DP quae eiusdem dimensionis, quia sunt proportionales lineis eiusdem dimensionis, nam $\frac{QD}{HI} = \frac{QP}{HP} = \frac{DP}{IP}$. Sunt autem lineae HI. HP. IP. eiusdem dimensionis, quia lineis NE. NP. EP. quas eiusdem dimensionis, quippe assignabiles finitas esse, ex constructione constat, sunt proportionales, nam $\frac{HI}{NE} = \frac{HP}{NP} = \frac{IP}{EP}$. Regula autem quod quantitates quantitatibus eiusdem dimensionis proportionales sint eiusdem dimensionis inter se, manifesta, aut certe facilis demonstratu est.

Notabilis est haec doctrina de l i n e a r u m d i m e n s i o n i b u s. Sunt enim lineae variarum dimensionum, prout sunt inassignabiles infinitae, aut infinite parvae. Sunt enim quae quadratis cubis etc. Sunt contra quae radicibus quadraticis cubicisque linearum finitarum assignabilium comparantur.

Invenimus (vide pag. seq. versam sub signo ⊙) modum ex datis p r o d u c t i s inveniendi applicatas. Nunc operae quoque pretium est invenire applicatas ex datis r e d u c t i s. Facilis autem processus est priore invento, fere enim tantum pro punctis N et M substituuntur puncta R et U, ducta perpendiculari RD ad tangentem MD et perpendiculari UH ad tangentem $\langle NH\rangle$. Quare utile erit praecedentem processum hoc loco relegere, et ea tantum notare in quibus hic variatur, ne bis eadem dicere necesse sit.

---

1 *Zu QD auf der Gegenseite, gestr.:*

$$\frac{ER}{ED}$$

$EP = FH \frown \frac{EY}{FR}$. $QD = \frac{DP = LH - ID}{LH}$. Ergo $QD = 1 - \frac{ER}{ED \frown LH}$. Idem $QD = NE \frown \frac{DP = EP - ED}{EP}$. Ergo $QD = NE \frown \llcorner 1 - \frac{ED \frown FR}{FH \frown EY} \lrcorner = 1 - \frac{ER}{ED \frown LH}$. Ergo $\frac{ER}{\cancel{ED} \frown LH} = ED^2 \frown \frac{FR}{FH \frown EY}$. seu $\frac{ER \frown FH \frown EY}{LH \frown FR} = ED^2$. et quia $LH = \frac{FU}{FH}$. fiet: $\frac{ER \frown FH^2 \frown EY}{FU \frown FR} = ED^2$.

---

12 vide: s. o. S. 663 Z. 8.

Igitur, cum $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ KLH sit simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ HFU. erit: $LH = \frac{FU}{FH}$. et $ID = \frac{ER}{ED}$. et $DP = \frac{FU}{FH} - \frac{ER}{ED}$.

((Iam assumo FH velut notam, et invenio $EW = \frac{FH \frown EU}{FU}$. Iam $WI = \frac{EW}{EU}$. Ergo $WI = \dfrac{\frac{FH \frown EU}{FU}}{EU}$. Ergo $WI = \frac{FH}{FU}$. Porro $WI \frown IP = 1$. et $IP = ID + DP$. ergo $WI \frown ID + WI \frown DP = 1$. Ergo $\frac{FH \frown ER}{FU \frown ED} + 1 - \frac{FH \frown ER}{FU \frown ED} = 1$. Recte id quidem sed nullo fructu, cum sit aequatio inter eadem, nota tamen est calculi veri. Porro cum cognitae sint rectae FH et FU. cognita etiam erit recta HU. sed de ea non est cur laboremus.))

Ducatur recta PY parallela HU. Cum sit $KH = HP$. erit $RU = RY$. et ob triangula similia HFU et PEY, fiet

$$EP = \frac{FH \frown EY}{FR} = FH + LH = FH + \frac{FU}{FH}.$$

et
$$ED = EP - DP = \frac{FH \frown EY}{FR} - \frac{FU}{FH} + \frac{ER}{ED}.$$

((Ergo $ED - \frac{ER}{ED} = \frac{FH \frown EY}{FR} - \frac{FU}{FH}$. Ergo $ED^2 - ER = \frac{FH \frown EY \frown ED}{FR} - \frac{FU \frown ED}{FH}$. ($ED^2 = \frac{ED \frown FH \frown EY}{FR} - \frac{ED \frown FU}{FH} + ER$.) Ergo $ED^2 - \frac{ED \frown FH \frown EY}{FR}$ [+] $\frac{ED \frown FU}{FH} = ER$. Eadem $ED = FH + ID$. et $ID = \frac{ER}{ED}$. Ergo $ED = \frac{ER}{ED} + FH$. Ergo $ED^2 = ER + FH \frown ED$. Habemus ergo

$$\cancel{ER} + FH \frown ED - \frac{ED \frown FH \frown EY}{FR} \; [+] \; \frac{ED \frown FU}{FH} = \cancel{ER}.$$

5 = 1. *(1)* ergo $\text{FH}^2 = \text{FU}^2$. seu FH = FU. quod est absurdum, errorem ergo calculo inesse necesse est. Ergo *(2)* Recte *L* 11 f. $\frac{\text{FU}}{\text{FH}}$. | An ergo breviter: si applicata cognita per suam reductam dividatur, habebitur differentia eius a proxime maiorem. Eodem modo fere breviter de reducta, ut adeo aliis ambagibus non sit opus, si modo unam applicatarum velut cognitam assumere licet. *gestr.* | et *L*
14+17 *Vorzeichen ändert Hrsg. zweimal*

11 In der ersten Teilgleichung der Kette müsste es im Nenner anstatt von FR vielmehr FU heißen. Das Versehen wirkt sich bis S. 671 Z. 9 aus.

Nullum hinc, potius hoc consideremus: $HX = RU \frown \dfrac{HO}{[OU]}$. sed nihil hoc ad rem.))

Tandem cogitemus ob $\bigtriangledown^{\text{la}}$ sim. HIP et QDP esse

$$QD = \frac{\overset{\dfrac{ER}{ED}}{DP = LH - ID}}{LH} = 1 - \frac{ER}{ED \frown LH}.$$

Iam assumta NE pro cognita, ideo ob $\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia NEP et QDP fiet:

$$QD = \frac{NE \frown \llcorner DP = EP - ED}{EP} = NE - \frac{ED \frown NE}{EP = FH + LH}.$$

Ergo $1 - \dfrac{ER}{ED \frown LH} = NE - \dfrac{ED \frown NE}{FH + LH}$. (seu $NE - \dfrac{ED \frown NE \frown FR}{FH \frown EY}, + \dfrac{ER}{ED \frown LH} = 1$.) vel $NE - \dfrac{ED \frown NE}{FH + LH} + \dfrac{ER}{ED \frown LH} = 1$. et quia $ED = \dfrac{FH \frown EY}{FR} - \dfrac{FU}{FH} + \dfrac{ER}{ED}$. seu $c + \dfrac{ER}{ED}$. ideo $\dfrac{ED \frown NE}{FH + LH} = \dfrac{c \frown NE + NE \frown \dfrac{ER}{ED}}{FH + LH}$ seu $g + \dfrac{h}{ED}$. ⟨ut brevitatis⟩ causa facio ⟨$c.\,g.$⟩ h. in cognitarum locum substitutis.

Iam ergo: $NE - g - \dfrac{h}{ED} + \dfrac{ER}{ED \frown LH} = 1$. Ergo $\dfrac{ER}{ED \frown LH} - \dfrac{h}{ED} = 1 + g - NE$. Ergo $\dfrac{1}{ED} = \dfrac{1 + g - NE}{\dfrac{ER}{LH} - h}$. Ergo denique $ED = \dfrac{\dfrac{ER}{LH} - h}{1 + g - NE}$. $Q.\,E.\,F.$

Quod si recedere, id est ex applicata data proxime minorem quaerere velimus, patet GK facile haberi, cum sit $FH + LH$. quae cognita sunt. Eodem modo GS ex inventa aut data ED innotescit, nam differentia inter ED et GS perinde innotescit, ut LH differentia inter FH et GK[,] vel aliter etiam sed longiori ambage, supposita scilicet non tantum ED sed et FH cognita, data enim ED pariter et FH datur EP. est autem $DP = KS$. quod addatur ad GK iam notam ex posita sola FH. (Idemque aliter si ab ED subtrahatur bis ID, seu 2 ID, quia $ID = HT$. fiet GS vel $FH - ID = GS$.) Ex his intelligi potest, cum duplici modo inveniatur GS. partim ex posita sola ED. partim ex positis ED et FH simul. Hinc si ipsa ED incognita intelligatur, patet aequationem haberi ad ipsam ED

1 HU *L ändert Hrsg.* 8 $\dfrac{\text{ER}}{\text{ED}}$. *(1)* Ergo haec omnia $\frown$ per LH $\smile$ ER = *(2)* seu *L*

inveniendam utilem, supposita ea velut cognita, et ipsa GS bis investigata. Quod statim comprobemus.

Cum cognita sit ER posita etiam ED velut cognita, habemus etiam $EM = \dfrac{ED^2}{ER}, -2 = GM$. Iam ob $\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia MGS et MED. erit

$$GS = \frac{ED \frown MG}{ME} = \frac{ED \frown \dfrac{ED^2}{ER} - 2\ ED}{\dfrac{ED^2}{ER}} = \frac{ED^2 - 2\ ER}{ED} = ED - \frac{2\ ER}{ED} = GS.$$

Unde illud tantum sequitur $ED - GS = \dfrac{2\ ER}{ED} = 2\ ID$ ac proinde $ID = \dfrac{ER}{ED}$. (Quod iam ante habuimus, ut pateat veritas calculi, et resolutio aequationis huius in priorem.)

Inventa iam ID. datur FH. qua tamen nondum in hac aequatione usi sumus. Ergo $ED - \dfrac{ER}{ED} = FH$. Sed quia ED hoc modo replicatur in se ipsam et quidem partim per multiplicationem partim per divisionem, ideo nondum hinc absoluta aequatio est. Nam si sic fuisset $ED - \dfrac{ED}{ER} = FH$. habuissemus aequationem $ED = \dfrac{FH}{\left[1 - \dfrac{1}{ER}\right]}$. et tali methodo paulo ante cum ex productis applicatas investigaremus, usi sumus. Nunc vero porro eundum est.

Iam $GS = GK + KS$. Et $GK = \dfrac{FH \frown NG}{NF}$. Ergo

$$\overbrace{ED - \frac{2\ ER}{ED}}^{GS} - \frac{FH \frown NG}{NF} = KS = DP; +ID \left(= \frac{ER}{ED}\right) = LH = \frac{FU}{FH}.$$

Ergo $ED - \dfrac{ER}{ED} = \dfrac{FU}{FH} + \dfrac{FH \frown NG}{NF}$.

((Ergo $ED^2 - ER = \dfrac{FU \frown ED}{FH} + \dfrac{FH \frown NG \frown ED}{NF}$. quia autem $FH = ED - \dfrac{ER}{ED}$. erit

11 1 − ER *L ändert Hrsg.*

14–671,7 Im Folgenden versucht Leibniz zweimal, die Größe ED zu bestimmen. Dies gelingt nicht, da Leibniz die (unrichtige) Ausgangsgleichung von S. 667 Z. 12 bzw. S. 668 Z. 12 zugrundelegt, und beidemale zusätzliche Rechenfehler hinzukommen.

$$\frac{FU \frown ED}{FH} = \frac{FU \frown ED}{ED - \frac{ER}{ED}} = \underset{\odot}{\frac{FU}{1 - \frac{ER}{ED^2}}}.\ \text{et}\ \frac{FH \frown NG \frown ED}{NF} = \underset{\text{☽}}{\frac{ED^2 \frown NG - ER \frown NG}{NF}}.$$

Ergo $ED^2 = ER + \odot + \text{☽}$. Ergo $ED^2 - \frac{FU}{1 - \frac{ER}{ED^2}} - \frac{ED^2 \frown NG}{NF} = ER\ [-]\ \frac{ER \frown NG}{NF}$.))

Iam ex inventa supra aequatione $\frac{ER}{ED = \frac{FH \frown EY}{FR} - \frac{FU}{FH} + \frac{ER}{ED}} = \frac{ER}{ED}$. Sed haec nondum satis proclivia ad reductionem, nisi invertas.

$$(\text{☿})\ \frac{\frac{FH \frown EY}{FR} - \frac{FU}{FH}}{ER} + \frac{\left(\frac{ER}{ED}\right)}{ER}\quad \frac{1}{ED} = \frac{1}{(\text{♃})\ \frac{FU}{FH} + \frac{FH \frown NG}{NF}, -ED}.$$

seu $\text{☿} + \frac{1}{ED} = \frac{1}{\text{♃} - ED}$. multiplicatis omnibus per ED fiet: $\text{☿} \frown ED + 1 = \frac{ED}{\text{♃} - ED}$. Ergo $\text{☿} \frown ED \frown \text{♃} - \text{☿} \frown ED^2 + 1 = ED$. sed nulla ex his reductio.

Unde patet si eadem data paulo aliter tractentur omnem saepe reductionem impediri, quae alias facilis est. Quod in regulas fortasse cogi posset, sed quas hactenus apud neminem invenio. Ratio huius rei esse videtur, inter caetera, quod per binomia dividere non possumus ut de extractione radicum nihil dicam. Videndum an quadratura hyperbolae, et constructio logarithmorum geometrica huic malo remedium afferant.

Sed nos hoc loco inventa solutione possumus esse contenti. Tantum h et g explicabimus in aequatione supra inventa. Ergo:

3 + *L ändert Hrsg.* 4 *(1)* Quam aequationem reducemus ut ante pro ED *(2)* Iam *L* 4 $\frac{\mathrm{ER}}{\mathrm{ED}}$. *(1)* Iam $\mathrm{ED} - \frac{\mathrm{ER}}{\mathrm{ED}} = \frac{\mathrm{ED}^2 - \mathrm{ER}}{\mathrm{ED}}$. *(2)* Sed *L*

$$ED = \dfrac{\dfrac{ER}{\frac{FU}{FH}=LH} - \dfrac{NE\frown ER}{FH,\frown LH\left(=\frac{FU}{FH}\right)}}{1+\dfrac{\frac{FH\frown EY\frown EN}{FR}-\frac{FU\frown EN}{FH}}{\cancel{FH},\frown LH\ \left(\frac{FU}{\cancel{FH}}\right)}}$$

$$= \dfrac{\frac{ER\frown FH}{LH} - \frac{NE\frown ER\frown \cancel{FH}}{\cancel{FH}\frown FU}}{1+\frac{FH\frown EY\frown EN}{FR\frown FU}-\frac{EN}{FH}}$$

$$\frac{FR\frown FU+FH\frown EY\frown EN}{FR\frown FU}+\frac{EN}{FH}$$

$$= \dfrac{\dfrac{ER\frown FH\frown FU - NE\frown ER\frown LH}{LH\frown FU = \frac{FU^2}{FH}}}{\dfrac{FR\frown FU\frown FH+FH^2\frown EY\frown EN+EN\frown FR\frown FU}{FR\frown FU\frown FH}}$$

$$= \dfrac{ER\frown FH^2\frown FU\frown FR - NE\frown ER\frown LH\frown FR\frown FH}{FR\frown FU^2+\underbrace{FH\frown EY\frown EN\frown FU}+\dfrac{EN\frown FR\frown FU^2}{FH}}$$

Hoc videtur tuto reici posse, cum divisio per ipsum faciat nimis parvum, at divisio per reliqua producit differentiam duorum planorum proximorum, id est lineam.

Nota producta ex lineis per lineas assignabilem differentiam habentes divisis, eiusdem sunt dimensionis cum differentiis linearum inassignabilibus.

[*Zusätze auf Bl. 1v^o*]

Zusatz 1:

Nota si qua figura describi non possit geometrice ut figura sinuum circuli aut figura sinuum parabolae ad arcum, possint tamen omnes eius portiones abscissae quadrari. Tunc hac ipsa methodo tangentium etiam descriptio eius geometrica, seu ductus eius tangentium applicatarumque omnium inveniri potest, descripta earum figura quadratrice, et ductis lineis datis functionem obtinentibus; ergo hae omnes applicatae duci poterunt.

Praecaeteris utile est methodum adhibere in qua functionem facientes sunt applicatarum partes. Ex hac autem geometrica hoc modo mechanicarum alioquin linearum descriptione quadratura curvilinearum ex quibus pendent sequitur.

Quod si aliqua abscissarum portionum tantum quadrari potest, ut in cycloeide (exemto semicirculo) seu figura arcuum, portio sectione per medium abscissa, aut altera cuius quadraturam invenit Hugenius, etiam illa pars tantum describi poterit, id est recta inveniri poterit, arcui quadrantis aequalis, non arcubus omnibus, ex istius quidem figurae quadratura.

Zusatz 2:

An si logarithmi construi possint geometrice ex data ratione partium possit inveniri ratio totorum, v. g. $\frac{a}{x}$ et $\frac{a}{y}$ datis invenire $\frac{a}{x+y}$. Seu si sit $\frac{a}{a+b}$, an haec fractio possit a binomio liberari. Quod videtur sequi ex quadratura hyperbolae. Sufficit autem a binomio ⟨liberari⟩ aut in plures numero fractiones resolvi, dummodo eae non sint numero infinitae, nec ulla ⟨fractionum⟩ binomio ⟨affecta⟩.



[*Fig. 2*]

Datur ratio $\frac{ABDA}{ABCD} = \frac{AFB + BFDA}{ABC + ADCA}$. Datur et ratio $\frac{AFB}{ABC}$. Sed nondum tamen datur ratio $AFDA$ ad $ADCA$, nam si daretur[,] eadem ratione porro concluderem addendo $A[B]F$ ad $AFDA$ et ABC ad $ADCA$, cum nota sit ratio $A[B]F$ ad ABC et, ex

18–673,2 E *L ändert Hrsg. viermal*

4 in cycloeide: s. N. 17 S. 344 Z. 2 – S. 346 Z. 2 sowie Chr. HUYGENS, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 79 (*HO* XVIII S. 205); vgl. auch *LSB* III, 1 N. 29 (Leibniz für [Huygens?], vermutlich Sommer 1674) S. 115 f. und N. 30 (Leibniz an Oldenburg, 15. VII. 1674) S. 119 f.

hypothesi $AFDA$ ad $ADCA$, ideo etiam notam fore

$$\frac{A[B]F + AFDA = A[B]DA}{ABC + ADCA = ABCD}.$$

Data autem ratione alicuius segmenti seu noti sectoris, ad circulum, datur et ratio segmenti ad suum sectorem, et proinde quadratura eius sectoris seu circuli ex his positis daretur.

Definita tamen res est fateor. Satis enim patet ex datis partium rationibus determinari et rationes totorum. Quod statim experiri licet, quoties in numeris dantur, ex illis enim possumus colligere quantitatem totorum.

Quod si hoc unum ad Gregorii a. S. Vincentio quadraturam desiderabatur, et ex hyperbolae quadratura effici potest, ⟨daretur nobis⟩ quadratura circuli ex nota hyperbolae quadratura. ⟨Sed omnium⟩ portionum abscissarum ⟨quadratura⟩ non ideo daretur ⟨—⟩ sectione angulorum universali ⟨—⟩.

9 hoc unum: s. Chr. Huygens, *Theoremata de quadratura hyperboles, ellipsis et circuli . . . Quibus subiuncta est* Ἐξέτασις *cyclometriae . . . Gregorii a S. Vincentio*, 1651 (*HO* XI S. 281–337, insbesondere S. 319–329).

40$_2$. PLAGULA SECUNDA

August. 1673.

Methodus tangentium inversa seu De functionibus. Pars 2^{da}

Ostendi folio de functionibus, id est parte prima (ubi figuram inspice) ED, applicatam quaesitam, data FH praecedente, datisque duabus productis FN et EM inveniri posse.

Exempli causa: Esto locus productarum, triangulum, et producta $2x$. posita x abscissa AF. erit $AE = x+1$. et $ME = 2x+2$. FH esto y. $EF = FG$ etc. $= 1$. erit $EN = FN+1 = 2x+1$. $FM = 2x+1$.

Aequatio autem illic inventa est haec: $ED = \dfrac{EN-1. \frown \dfrac{FH}{FN}, \frown ME}{ME-1.}$.

Caeterum semper verum est EN esse $= FN+1$. quaecunque sit figurae species, fiet ergo: $EN-1. = FN+1.-1. = FN$. et $EN-1. \frown \dfrac{FH}{FN} = FN \frown \dfrac{FH}{FN} = FH$.

fietque $ED = \dfrac{FH \frown ME}{ME-1.} = \dfrac{FH \frown ME}{FM} = \dfrac{y \frown 2x+2}{2x+1.} = y \frown 1 + \dfrac{1}{2x+1.} = y + \dfrac{y}{2x+1.}$.

differentia: $\dfrac{y}{2x+1.} = \dfrac{ED \frown 1}{[EM]}$.

$\sqrt{ax+a}, -\sqrt{ax} = \dfrac{\sqrt{ax}}{2x+1}$. Ergo $ax+a+ax-2\sqrt{a^2x^2+a^2x} = \dfrac{ax}{4x^2+1+4x}$.

12–15 NB. ex his intelligitur frustra introductam duplicem tangentem, cum ea rursus e medio tollatur.

5 functionibus, | *(1)* quod inscriptum Methodus tangentium inversa seu de functionibus. August. 1673. *(2)* id est parte prima *erg.* | (ubi *L* 12 *(1)* quae ex hypothesi assumti trianguli | valorumque FN et ME *erg.* | reformata, dabit: *(2)* Caeterum *L* 15 FM *L ändert Hrsg.*

16–675,18 In den folgenden beiden Rechnungen begeht Leibniz einige Flüchtigkeiten (z. B. sollte es ab S. 675 Z. 12 anstelle von $\dfrac{a^2}{16x}$ durchweg $\dfrac{a^2}{16x^2}$ heißen), diese haben aber keinen Einfluss auf die Schlussbemerkung.

Ergo $2ax + a - \dfrac{ax}{4x^2+1+4x} = 2\sqrt{a^2x^2+a^2x}$, quadrataque utraque aequationis parte: $4a^2x^2+4a^2x - \dfrac{4a^2x^2}{4x^2+1+4x} + a^2 - \dfrac{2a^2x}{4x^2+1+4x} = 4a^2x^2+4a^2x$. Reiectisque utrobique $4a^2x^2+4a^2x$, fiet: $a^2 = \dfrac{4a^2x^2-2a^2x}{4x^2+1+4x}$, fietque $4\cancel{x^2a^2} + a^2 + 4xa^2 = 4\cancel{a^2x^2} - 2a^2x$, $\quad a^2 + 6a^2x = 0$. Quod cum sit absurdum, hinc dignosci potest, errorem alicubi in calculo latere. Imo minime, ut post dicetur.

Si simpliciter ex data MG, GS, ST, invenire velimus FH, ita procedi potest, cum sit $\dfrac{TH}{ST} = \dfrac{GS}{MG}$, erit $TH = \dfrac{GS \frown ST}{MG}$, positaque $GS = y$, $ST = 1$, et $MG = 2x$, fiet: $TH = \dfrac{y}{2x}$, differentia ipsius y ab applicata sequente. Quod an verum sit statim experiri possumus in parabola. Posita $GS = y = \sqrt{ax}$, et FH esse $\sqrt{ax+a}$, erit $\sqrt{ax+a} - \sqrt{ax} = \dfrac{y}{2x} = \dfrac{\sqrt{ax}}{2x}$, et quadrata aequatione[:] $ax + a + ax - 2\sqrt{a^2x^2+a^2x} = \dfrac{y^2}{4x^2} = \dfrac{ax}{4x^2} = \dfrac{a}{4x}$. Ergo $2ax + a - \dfrac{a}{4x} = 2\sqrt{a^2x^2+a^2x}$, ergo quadrata rursus aequatione: $4a^2x^2 + 4a^2x - a^2 + a^2 - \dfrac{a^2}{2x} + \dfrac{a^2}{16x} = 4a^2x^2 + 4a^2x$. Ergo $\dfrac{a^2}{16x} - \dfrac{a^2}{2x} = 0$, vel $\dfrac{a^2}{16x} = \dfrac{a^2}{2x}$, vel $2a^2x = 16a^2x$, seu $14a^2x = 0$. Quod absurdum, et tamen error in calculo latere non potest. Dicendum ergo, sufficere aequationem dimensionum altiorum, minoribus neglectis. Ea vero semper reperta est, nempe $4a^2x^2+4a^2x = 4a^2x^2+4a^2x$, inferiora ergo ut $\dfrac{a^2}{2x}$, item $\dfrac{a^2}{16x}$, aliaque similia, quae scilicet ad eandem dimensionem non ascendunt, reicienda sunt. Cuius rei ratio est, quod ipsa hypothesis, quod scilicet in parabola sit $MG = 2x = 2AG$, simili reiectione nata demonstrataque est.

Tota iam quaestio est, quomodo ex datis ID, seu differentiis duarum applicatarum (huc enim semper redit constructio), ipsae inveniri queant applicatae. Posita enim applicata minore y. differentia eius a maiore sequente est $\dfrac{y}{MG}$, ac proinde invenienda est

---

2 An fortasse quae velut inutilia reicimus ad haec ipsa problemata solvenda inservire possent.

figura, cuius ordinatarum series haec v. g.:

$\frac{y}{2}$, posita x minima $=$ 1, et posita y applicatarum minima, inde $\underbrace{\frac{y}{2}+\frac{\frac{y}{2}}{4}}$, deinde

$\underbrace{\frac{y}{2}+\frac{\frac{y}{2}}{4},+\frac{\frac{\frac{y}{2}}{4}}{6}}$, atque ita in infinitum, ita ut problema propositum solvere, sit invenire eiusmodi seriei summam.

Termini ipsi quorum summa quaeritur, seu differentiae sunt hoc loco: $\frac{y}{2}+\frac{y}{8}+\frac{y}{48}+\frac{y}{384}$ etc, vel $\frac{y}{1}\ \frac{y}{4}\ \frac{y}{24}\ \frac{y}{192}$ etc, vel divisis omnibus per 4 seriem hanc $\frac{y}{1}\ \frac{y}{6}\ \frac{y}{48}$ et ita porro. Si x posita fuisset $\frac{1}{2}$, $2x$ fuisset 1, et habuissemus seriem

$$\frac{y}{1}\quad \frac{y}{2}\quad \frac{y}{6}\quad \frac{y}{24}\quad \frac{y}{[120]} \text{ etc.}$$

Eiusmodi ergo seriei sane admirabilis, semperque variantis, ut nec in aequationem revocari possit, summa iniri potest, ope parabolae, scilicet in infinito, ita enim crescunt differentiae inter parabolae applicatas, scimus enim primam seu minimam eius applicatarum. Sed et differentiarum harum series iniri potest, si y seu prima assumta ponatur esse linea assignabilis. Atque ita habemus modum aequationes explicandi serierum replicatarum in se ipsum, ut hoc loco $\frac{y}{MG}$, quando scilicet y explicatur per x et aliud y praecedens. Sed ubi in seriem res reducta est, y est semper eadem.

1 In hyperbola primus terminus est $a^2 = y$. a quo decrescitur, in parabola $\sqrt{a}$, a quo crescitur.

8 125 *L ändert Hrsg.*

1 Bei der Berechnung der Reihe verwendet Leibniz irrtümlich die Ordinatendifferenz anstelle der Ordinaten (s. aber unten z. B. S. 683 Z. 7 f.), zudem sind die Umformungen der Reihe nicht ganz korrekt. Die Schlussfolgerungen sind aber im Wesentlichen richtig. Insbesondere erkennt Leibniz den fundamentalen Zusammenhang seiner Reihe mit der der reziproken Fakultäten.

Hoc modo infinitae aliae series haberi possunt, ut si MG ponatur $x + \dfrac{xq^2}{q^2 + x^2}$, etc., aliisque modis infinitis.

Sed ut datae seriei summa reperiatur, idem est cum problemate, ex dato loco functionum invenire locum ordinatarum.



fig. 1.

$AM = x. \quad MC = y. \quad PC = s. \quad PA = v. \quad PM = v - x.$
$PC^2 = MC^2 + PM^2, = MC^2 + \underbrace{PA, -AM,}\square$, vel $s^2 = y^2 + v^2 + x^2 - 2vx$.

Ponatur iam $v = \dfrac{a}{2} + x$. erit $v^2 = \dfrac{a^2}{4} + x^2 + ax$. et $2vx = ax + 2x^2$.

fiet: $s^2 = y^2 + \dfrac{a^2}{4} + x^2 + ax + x^2 - ax - 2x^2$. fietque $s^2 = y^2 + \dfrac{a^2}{4}$. Quod statim ab initio poterat sine ambagibus dici.

$\dfrac{y^2}{\sqrt{ax}} = \dfrac{x^3}{a^2}$, ergo $\dfrac{y^4}{ax} = \dfrac{x^6}{a^4}$, vel $\dfrac{y^4}{x} = \dfrac{x^6}{a^3}$, vel $y^4 = \dfrac{x^7}{a^3}$, contra $y^4a^3 = x^7$. Unde fit $4y^4a^3 = 7x^6l$, eritque $l = \dfrac{4y^4a^3}{7x^6}$.

$ax^2 - a^3 = y^3$, vel $ax^2 = y^3 + \cancel{a^3}$, unde $2axl = 3y^3 + \cancel{a^3}$, vel $l = \dfrac{3y^3}{2ax}$.

12–678,1 $\dfrac{3y^3}{2ax}$. *(1)* $\dfrac{x^2a}{2a^2 + y^2} = l$. reddatur, fiet: $2a^2l + y$ *(2)* $\dfrac{y^2a}{2a^2 + 2x^2}$ *L*

10 Unde fit: l bezeichnet hier und im Folgenden die nach dem Sluse'schen Verfahren bestimmte Subtangente.

$$\frac{y^2a}{2a^2+2x^2} = l. \qquad \frac{2y^2a^2+2y^2x^2}{x^2a} \text{ [\textit{Formel bricht ab}]}$$

Videtur regressus functionum problema esse quod pertineat ad algebram illam mirabilem, reflexam in se ipsam de qua et alibi monui. V. g. invenire aequationem, quae certo quodam modo tractata, producat aliquid datum. V. g. aequationem invenire, loci cuiusquam naturam exprimentem, in quo differentia inter duo semiquadrata applicatarum, sit data.

Esto l data: $\dfrac{y^2a}{a^2+x^2} = l$. $\dfrac{\frac{2y^2a}{2}}{a^2+\frac{3x^2}{3}} = l$, fiet $la^2 + \dfrac{3lx^2}{3}$, et restituto x in locum l, abiectisque exponentibus multiplicantibus, fiet: $a^2x + \dfrac{x^3}{3} = \dfrac{y^2a}{2}$. Atque ita exemplum habemus data functione inveniendi figuram, quod facit, ut nec de reliquis desperem.

Difficultatem mihi pati videtur regula Slusiana quoad regressum in certae cuiusdam speciei aequationibus: v. g. in hyperbola $y^2 = x^2 - a^2$. Reiecto a^2 ab aequatione caeterisque ut iubet factis, fiet: $2y^2 = 2xl$. fietque $\dfrac{2y^2}{2x} = l = \dfrac{y^2}{x}$, positoque $y^2 = x^2 - a^2$, fiet: $l = x - \dfrac{a^2}{x}$. Quod videtur utique verissimum, sed regressus in his difficilis, videtur tamen agnosci posse quoniam non potest y^2 esse $= x^2$, fieret enim locus linea recta, contra hypothesin, regressus hic foret difficillimus. Eligenda nimirum aequatio, quae hoc modo tractata sibi ipsi consentiat. In eo etiam regressus difficilis, quod bis saepe ponendi termini, iidem, qui se non debent mutuo tollere, sed alter eorum abici.

Nota[:] Non tantum hac methodo summae serierum quarundam sane mirabilium haberi possunt, sed et notari potest, figuram ipsam, cuius applicatarum differentia quaeritur, esse aequalem illis differentiis in numeros arithmeticae progressionis ductis.

Item hoc enuntiandi modo figurae omnes paraboloeides fiunt harmonicae, item omnes hyperboloeides.

6 f. data. Invenire l. esto l. data invenienda = *L ändert Hrsg.* 16 f. In eo . . . abici. *erg. L*

3 alibi monui: s. z. B. *LSB* VI,3 N. 41 S. 408.



fig. 2.

Est semper in hyp. $AM = ML = x$. Ergo in hyperbola erit

$$\frac{y}{1}\quad a^2 \qquad \frac{y}{2}\quad a^2-1 \qquad \frac{y}{6}\quad a^2-2 \qquad \frac{y}{24} \qquad \frac{y}{[120]} \qquad \text{etc.}$$

Ergo hyperbola et parabola omnesque hyperboloeides ac paraboloeides hoc quidem modo[,] si istae series in distantias ipsas, seu x ducantur[,] videntur homogeneae esse; imo res exactius investiganda. Sequeretur enim inde esse ut sinus angulorum contingentiae; seu ut minimas applicatas. Sed haec accuratius rimanda. Latet enim in his quiddam mirabile.

Minima omnium applicata in hyperbola infinite abest. Sed nihil refert, si cum parabola conferri non potest, poterit conferri cum hyperboloeide altiori, quarum omnium quadratura habetur.

Inspice hic figuram 1. Ducatur AF parallela MC, et FG parallela AM. F autem est in tangente LC. Summa omnium AF ad AM applicatarum aequatur segmento $AKCA$ duplicato, ut alibi demonstratum est. Igitur summa omnium GC aequatur triangulo AMC. Haec alibi a me inventa ac demonstrata, convertere hoc loco tentemus in rem nostram.

---

13 *Zur Variante:* rectius mox

2 a^2, a^2-1, a^2-2 *erg. L* 2 125 *L ändert Hrsg.* 4 si istae ... ducantur *erg. L* 8 cum *(1)* paraboloeide *(2)* hyperboloeide *L* 13 AMC | duplicato *gestr.* |. Haec *L*

Quaeritur figura, cuius producta ML, sit semper dupla AM, seu $2x$. Manifestum est applicata aliqua posita y, eius differentiam ab applicata sequenti esse $\dfrac{y}{2x}$. Quare minima applicata posita y, erit pene minima $y+\dfrac{y}{2x}$, et posita abscissa x, minima $=1$, erit pene minima applicata: $y+\dfrac{y}{2}$. Iam posita MC applicatarum minima $=y$. et $AM=1$. erit $AF=\dfrac{y}{2}$. et $GC=\dfrac{y}{2}$. Porro alibi a me demonstratum est omnium $\dfrac{MG}{2}=\dfrac{AF}{2}$ summam aequari segmento $AKCA$. Ergo posito $NG=\dfrac{AF}{2}$. summa omnium NC aequabitur triangulo AMC. Ergo hoc loco

$$\underbrace{GC=\frac{y}{2}\ +\ NG=\frac{y}{4}}_{NC}\quad =\frac{3y}{4}.$$

ductum in $AM=1$. seu $\dfrac{3y}{4}\frown x = x$ in $NC=\dfrac{3}{4}y$. triangulo.

9 seu *(1)* $\frac{3\mathrm{y}}{4}\frown 1=\mathrm{AMC}=\frac{\mathrm{y}}{2}\frown 1$ *(2)* $\frac{3\mathrm{y}}{4}\frown \mathrm{x}=$ *(a)* $\mathrm{AMC}=\frac{\mathrm{y}}{2}\frown \mathrm{x}$ *(b)* x in *L*

7 hoc loco: Leibniz unterscheidet nicht hinreichend zwischen oberer Grenze und Integrationsvariabler; er erhält daher einen Widerspruch, der einen Neubeginn erzwingt.



fig. 3.

Si sit polygonum quotcunque laterum AB. BC. etc. sumtaque directrix ad quam latera omnia referantur DE. Ducatur tangens CBF quae rectam DA ipsi DE perpendicularem productam secet in G. Recta $DG = HI$, applicata ad HL, aequatur triangulo DBC duplicato, ut alibi demonstratum est, et ideo HI dimidiata in M, ducta in LH, seu rectangulum LHM triangulo DBC aequatur. Eodem modo $LDN = DAB$.

Data iam $LD = AQ$, et DP, quaeritur $DA = LQ$, et QB.

Esto $LD = x$. $DP = p$. $DA = y$. erit $QB = \dfrac{yx}{p}$. Sed ad ipsam y cognoscendam opus foret alia adhuc aequatione; sed cuius ego principium invenio nullum. Verum est quidem summam omnium RB posita [$2RQ = LQ$.] semper aequari triangulo. Sed non video quid inde duci queat, tentandum tamen.

9 RQ = 2LQ *L ändert Hrsg.*

Esto quaedam recta sumta pro applicata $= b$. positaque minima $x = \xi$. fiet $\dfrac{b\xi}{p} = b-y$. posito y esse applicatam sequentem quae quaeritur. Erit $b - \dfrac{b\xi}{p} = y$. positoque $\xi = 1$. et $p = 2x$. fiet $b - \dfrac{b}{2x} = y$. Iam fiat $DG = g$. patet esse $\dfrac{DG = g}{DF = x} = \dfrac{LB = b}{LF = p = 2x}$. fiet $g = \dfrac{bx}{p}$. hoc loco $= \dfrac{b}{2}$. et $LR = \dfrac{b}{4}$. Eritque $QB = \dfrac{b}{2}$, et $RB = \dfrac{3}{4}b$, et erit summa omnium $RB = \dfrac{bx}{2}$.

(At si, sumta sit non b, sed proxime minor nempe $y = b - \dfrac{b}{2x}$, erit pro x ponendum $x-1$, et pro p ponendum $2x-2$, et pro $\dfrac{yx}{p}$ fiet $b-\dfrac{b}{2x},\frown\dfrac{x-1}{2x-2} = \dfrac{b}{2}-\dfrac{b}{4x}$. Subtrahatur ab $y = b - \dfrac{b}{2x}$, restat $\dfrac{b}{2}-\dfrac{b}{4x}$, cui addatur prioris dimidium $\dfrac{b}{4}-\dfrac{b}{8x}$, fiet: $\dfrac{3b}{4}-\dfrac{5b}{8x} = DG$.) At summa omnium RB, demta ultima RB, seu demta $\dfrac{3}{4}b$, aequatur $y\frown\dfrac{x-1}{2} = b-\dfrac{b}{2x}\frown\dfrac{x-1}{2}$. seu $\dfrac{b\frown x}{2} - \llcorner b - \dfrac{b}{2x},\frown x-1,\lrcorner = \dfrac{3}{4}b$. sive $\dfrac{x}{2} - \llcorner 1 - \dfrac{1}{2x},\frown x-1\lrcorner = \dfrac{3}{4}$. Ita evanescit b et cum eo calculus. Si relinquas $\dfrac{b\frown x}{2} - \llcorner y\frown x-1\lrcorner = \dfrac{3}{4}b$, vel $\dfrac{bx}{2} - \dfrac{3}{4}b = y\frown x-1$, vel $y = \dfrac{\dfrac{b\frown x}{2}-\dfrac{3}{4}b}{x-1} = y$. Ergo $\dfrac{\dfrac{x}{2}-\dfrac{3}{4}}{x-1} = \dfrac{y}{b}$. Unde nihil novi sed idem fit quod supra $y = b - \dfrac{b}{2x}$.

8 $-\dfrac{5b}{8x}$ *(1)*, et ducatur in $x-1$, fiet: $\dfrac{3bx}{4} - \underbrace{\dfrac{5b}{8} - \dfrac{3b}{4}} + \dfrac{5b}{8x} = \dfrac{xy}{2}$. *(2)* = DG.) *L*

1–13 Die folgende Betrachtung leidet unter unklarer Bezeichnungsweise, vor allem die Z. 6–8, welche Leibniz deshalb auch eingeklammert, d. h. aus dem laufenden Text herausgenommen hat. Außerdem enthält sie verschiedene Ungenauigkeiten, insbesondere wiederholt Leibniz in Z. 10 den vorherigen Rechenfehler.

Esto in fig. 2. portio hyperbolae vel hyperboloeidis cuiusdam $MCHI$. maxima applicata assumta $MC = m$. minima assumta $HI = h$. $AM = c$ (vel etiam $AH = AM + MH = c + x$). et semper $AM = ML$. erit differentia inter duas quaslibet applicatas proximas $\dfrac{y}{c+x}$, et quia $y = \dfrac{a^2}{c+x}$, fiet differentia inter duas applicatas proximas $\dfrac{a^2}{c^2+x^2+2cx}$. Unde patet differentias duplicem in modum exprimi posse, vel per modum loci, vel terminis semper in se reflexis, ut si nesciremus esse $y = \dfrac{a^2}{c+x}$.

Prima y nota est, nempe (1) m, fiet (2) $m+\dfrac{m}{c+x}$ proxime maior, (3) $\dfrac{m+\dfrac{m}{c+x}}{c+x}$, (4) $\dfrac{m+\dfrac{m}{c+x}}{c+x}$ *(!)*, vel potius erunt differentiae:

---

7 *Zu* nempe *am Rande:*

$$\begin{array}{l} \overset{m}{—} \;+\; \dfrac{m}{c+x} \\ \overline{} \;+\; \dfrac{m+\dfrac{m}{c+x}}{c+x} \\ \overline{\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots} \;+\; \dfrac{\overline{\cdots\cdots\cdots}}{c+x} \end{array}$$

3 = ML. | eritque differentia inter duas quaslibet applicatas proximas c + x *streicht Hrsg.* | erit *L*

7–684,4 Die mnemotechnische Darstellung der Folge ist in sich konsequent, nicht aber die explizite Ausrechnung. Setzt man, wie Leibniz, $c + x = g$ sowie $m = m_o$, ergibt sich für das allgemeine Glied $m_n = \dfrac{m_o\,(g+1)^n}{g^n}$ und für die Differenz $m_n - m_{n-1} = \dfrac{m_o\,(g+1)^{n-1}}{g^n}$. Der Fehler wirkt sich bis zum Ende von Teil 2 aus.

$$\frac{m}{c+x} \qquad \frac{m}{c^2+x^2+2cx} \qquad \frac{m}{c^3+3cx^2+3c^2x+x^3} \qquad \text{etc.}$$

$$\text{Vel} \quad m \quad \frac{mc+mx+m}{c+x} \quad \boxed{\frac{mc+mx+m}{c+x} + \frac{\frac{mc+mx+m}{c+x}}{c+x} \quad \text{vel}}$$

$$\frac{\llcorner mc+mx+m, \frown c+x \lrcorner + mc+mx+m}{c^2+x^2+2xc}$$

seu posito $c+x=g$, fiet: $m \quad \dfrac{mg+m}{g} \quad \dfrac{mg^2+mg+m}{g^2} \quad \dfrac{mg^3+mg^2+mg+m}{g^3}$

Memorabilis haec est observatio, si qua unquam: applicatas hyperbolae ita crescere: Et quoniam idem manet m, eo omnia possunt dividi, atque ipsum omitti, salva seriei ratione. Quoniam autem x semper crescit, arithmetica progressione, etiam g semper arithmetica ratione descrescere putandum est.

Fietque series haec:

$\dfrac{a^2}{c}$ ....$1 \frown m$ $\quad 1=m$. id est, omnia ducunda in m $\odot$

$\dfrac{a^2}{c-1}$ ....$\dfrac{g+1}{g} \frown m$ $\quad (g=c-x=c-1$. quia x hic $=1.)$ $=1+\dfrac{1}{g}$

$\dfrac{a^2}{c-2}$ ....$\dfrac{g^2+g+1}{g^2} \frown m$ $\quad (g=c-2$. quia $x=2.)$ $=1+\dfrac{1}{g}+\dfrac{1}{g^2}$

$\dfrac{a^2}{c-3}$ ....$\dfrac{g^3+g^2+g+1}{g^3} \frown m$ $\quad (g=c-3.)$ $=1+\dfrac{1}{g}+\dfrac{1}{g^2}+\dfrac{1}{g^3}$

$\dfrac{a^2}{c-4}$ ...$\dfrac{g^4+g^3+g^2+g+1}{g^4} \frown m$ $\quad (g=c-4.)$ $=1+\dfrac{1}{g}+\dfrac{1}{g^2}+\dfrac{1}{g^3}+\dfrac{1}{g^4}$

etc.

10–15 *Zum Schema:* Error

4 *(1)* Ecce ergo regulam progressionis[:] semper m, ducta in potestatem aliquam ipsius c + x, et aucta eadem m, ducta in potestatem proxime inferiorem ipsius c + x, divisaque per potestatem *(2)* seu *L*

Seriei huius ut fiat additio:

$$\left.\begin{array}{c}1\\[2ex] \dfrac{g+1}{g}\end{array}\right\}\;\dfrac{2g+1}{g}$$

$$\left.\begin{array}{c}\dfrac{2g+1}{g}\\[2ex] \dfrac{g^2+g+1}{g^2}\end{array}\right\}\;\dfrac{3g^2+2g+1}{g^2}$$

$$\left.\begin{array}{c}\dfrac{3g^2+2g+1}{g^2}\\[2ex] \dfrac{g^3+g^2+g+1}{g^3}\end{array}\right\}\;\dfrac{4g^3+3g^2+2g+1}{g^3}$$

$$\left.\begin{array}{c}\dfrac{4g^3+3g^2+2g+1}{g^3}\\[2ex] \dfrac{g^4+g^3+g^2+g+1}{g^4}\end{array}\right\}\;\dfrac{5g^4+4g^3+3g^2+2g+1}{g^4}$$

et ita in infinitum.

Sed sciendum est hanc additionem decipere, nisi caveamus, quoniam scilicet g semper mutat valorem, resumenda ergo

$$1+\frac{g+1}{g}=\frac{2g+1}{g}$$

$$\frac{2g+1}{g}+(2)\frac{g^2+g+1}{g^2}=\frac{2g(2)g^2+(2)g^2,,+g(2)g^2+g(2)g+g}{g(2)g^2}=$$

$$=\frac{3g(2)g^2+(2)g^2+g(2)g+g}{g(2)g^2}$$

$$\frac{3g(2)g^2+(2)g^2+g(2)g+g}{g(2)g^2}+(3)\frac{g^3+g^2+g+1}{g^3}=$$

$$=3g(2)g^2(3)g^3+(2)g^2(3)g^3+g(2)g(3)g^3$$

Sed haec prolixiora, sufficit ergo repraesentatio sub signo ⊙

Caeterum ne labamur, aut potius ne supra forte lapsi simus, resumendus est calculus.

11–15 Die geklammerten Zahlen des Schemas bezeichnen Indices, sie stellen einen der frühesten Versuche Leibniz' zu einer Indexschreibweise dar; s. dazu E. Knobloch, *Übersicht über die unveröffentlichten mathematischen Arbeiten von Leibniz (1672–1676)*, 1978, S. 29–31.

$$m \quad \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots$$

$$m + \frac{m}{g} \quad \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots$$

$$\overline{\qquad\qquad} + \frac{m + \frac{m}{g}}{g} \quad \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots$$

$$\overline{\qquad\qquad\qquad\qquad} + \frac{m + \frac{m}{g} + \frac{m + \frac{m}{g}}{g}}{g}\ldots\ldots$$

$$\ldots\ldots\ m$$

$$\ldots\ldots\ \frac{mg+m}{g}$$

$$\ldots\ldots\ \overline{\qquad\qquad} + \frac{mg+m}{g(2)g} = \frac{\overbrace{mg^2(2)g + mg^2 + mg(2)g + mg}^{☿}}{g^2(2)g}$$

$$\ldots\ldots\ ☿ + \frac{☿}{(3)g} = \frac{\begin{array}{l} mg^4(2)g^2(3)g + mg^4(2)g^2,, + mg^4(2)g(3)g + mg^4(2)g,, + \\ + mg^3(2)g^2(3)g + mg^3(2)g^2,, + mg^3(2)g(3)g + mg^3(2)g \end{array}}{g^4(2)g^2(3)g}$$

Patet ergo supra fuisse erratum, diversis $\underline{\underline{g}}$ inter se confusis.

Summam huius seriei inire est hyperbolam quadrare; ut tamen inde tentemus approximationes derivare in summam inquirendum est.

Ponatur autem $g = c - x$. vel $c - 2x$. vel $c - 3x$. ac decrescere semper g eo usque donec plane evanescat. Tunc manifestum est unumquemque terminum per idem g multiplicari per quod dividitur, seu toties poni quot in g sunt unitates; ac proinde

---

1+4 *Neben den g der Hauptnenner jeweils:*
Dazu am Rande: g simplex $= c \mp x$. g nominator binomii significat $c \mp 2x$. trinomii $c \mp 3x$. etc.

$$mg \quad + \quad m \quad + \quad m+\frac{m}{g} \quad + \quad m+\frac{m}{g}+\frac{m+\dfrac{m}{g}}{g} \quad \text{etc.} \qquad \text{vel}$$

$$2mg-m \quad + \quad \frac{m}{g} \quad + \quad \frac{m}{g}+\frac{m+\dfrac{m}{g}}{g} \quad \text{etc.}$$

aequari summae omnium, ac proinde ipsi spatio hyperbolae asymptoto. Atque hoc iterum repeti potest, nisi quod notandum g quod abicitur hoc modo fore maius unitate numero repetitionum termini a quo abicitur. Si iterum repetitur postea abiectio, g erit debito maior binario. Semper autem quoties abiectio fit, toties addi potest mg. Sed g est minor unitate quam proxima ante (Caeterum quod omnium maxime notandum, summa ipsa differentiarum inter applicatas: $m \quad \frac{m}{g} \quad \frac{m+\frac{m}{g}}{g}$ etc. esse $= a^2$ seu ipsi asymptoto.), fiet summa

$$mg, \frown g, +\frac{m}{g} \frown 1+\frac{m}{(2)g} \frown 2 \text{ etc.}$$

Id alias peculiari tabula accuratius deducendum.

---

1 f. 1) restat mg

2) .... $+m$

3) .... $+m+\dfrac{m}{g}$

4) .... $+m+\dfrac{m}{g}+\dfrac{m+\dfrac{m}{g}}{g}$

etc.

Summa omnium applicatarum.

Sed semper appropinquari ad hanc summam potest si ista multiplicatio per g continuetur.

40_3. PLAGULA TERTIA

August ⟨1673⟩

Pars [III$^{\text{tia}}$]

Methodi tangentium inversae et de functionibus.

Regressus an haberi possit a tangentibus, aut aliis functionibus ad ordinatas, quaestio est magna.

Exempli gratia[:]

$ax = y^2$, unde fit $al = 2y^2 = 2ax$. Ergo $l = 2x$. Data ergo hac aequatione $l = 2x$, multiplicetur utrumque per a, fiet $al = 2xa$ etc. Si sit $l = x$. $al = ax$.

$a^2 = yx$. Ergo $yx = yx$. Ergo $yl = yx$.

Res est accuratissime investiganda, per canones aequationum, ut appareat quot modis aliquid produci possit ex aliis aequationibus, et quaenam postea ex illis eligi debeat. Est quaedam ipsius analyseos analysis. Sed in qua profecto consistit apex scientiae humanae, in hoc quidem genere rerum.



[*Fig. 1*]



[*Fig. 2*]

Si sit parabola, $ABGC$. et spatium hyperbolae asymptoton $adbgf$. ita ut minima seu prima parabolae sit punctum, prima seu maxima hyperbolae sit infinita seu asymptotos. Ante omnia minimae atque maximae applicatarum investiganda quantitas. Nimirum in

3 IV$^{\text{ta}}$ *L ändert Hrsg.* 9 ax. | Ergo ax = ax. a = a. *gestr.* | *L* 10 yx. | $\frac{\mathrm{a}^2\mathrm{y}}{\mathrm{xy}} = \mathrm{l}$. Ergo $\mathrm{a}^2\mathrm{y} = \mathrm{x}^2\mathrm{y}$. *gestr.* | *L* 16 adbgf. *(1)* sumanturque in utraque ordinatae duae, EB, FG, et *(2)* ita *L*

parabola, ob $ax = y^2$, posita x minima $= \frac{1}{2}$, fiet $\frac{a}{2} = y^2$, et $y = \sqrt{\frac{a}{2}}$. In hyperbola, ob $a^2 = yx$, posita x minima $= 1$, fiet $a^2 = y$.

Sumatur abscissa in parabola $\underline{AE}$, eiusque dupla in hyperbola $\underline{ae}$. indeque ducta applicata $\underline{EB}$, vel $\underline{eb}$. ad abscissam perpendiculari ad punctum B vel b. ducatur tangens $\underline{Bf}$. vel $\underline{bf}$. quae axi seu directrici assumtae occurant in f. Constat in parabola $\underline{Ef}$ esse $= 2\underline{AE}$, et in Hyperbola $\underline{ef}$ esse $= \underline{ae}$. et quoniam in hypothesi nostra semper $\underline{ae}$ duplum est $\underline{AE}$, erit $\underline{Ef} = \underline{ef}$.

Porro alibi demonstratum est, differentiam inter duas applicatas proximas seu infinite parvo dissitas intervallo esse, a p p l i c a t a m alterutram in minimam x ductam, et per p r o d u c t a m suam divisam. Ideoque cum utrobique producta sit x, et in parabola minima x sit $\frac{1}{2}$, in Hyperbola minima x sit 1. hinc ut a prima applicata ordiamur, series differentiarum in parabola haec erit:

$$0 \qquad \sqrt{\frac{a}{2}} \qquad \frac{\sqrt{\frac{a}{2}}\ \frac{1}{2}}{1} \qquad \frac{\sqrt{\frac{a}{2}} + \frac{\sqrt{\frac{a}{2}}\ \frac{1}{2}}{1}\ \frac{1}{2}}{2}$$

$$0 \qquad \sqrt{\frac{a}{2}} \qquad \frac{\frac{1}{2}\sqrt{\frac{a}{2}}}{1} \qquad \frac{\frac{1}{2}\sqrt{\frac{a}{2}} + \frac{\frac{1}{4}\sqrt{\frac{a}{2}}}{1}}{2} \qquad \frac{\frac{1}{2}\sqrt{\frac{a}{2}} + \frac{\frac{1}{4}\sqrt{\frac{a}{2}}}{1} + \frac{\frac{1}{4}\sqrt{\frac{a}{2}} + \frac{\frac{1}{8}\sqrt{\frac{a}{2}}}{1}}{2}}{3} \qquad \text{etc. in infinitum.}$$

$$0 \qquad \boxed{\sqrt{\frac{a}{2}}} \qquad \frac{1}{2}\boxed{\sqrt{\frac{a}{2}}} \qquad \frac{1}{4}\boxed{\sqrt{\frac{a}{2}}} + \frac{1}{8}\boxed{\sqrt{\frac{a}{2}}} \qquad \frac{1}{6}\boxed{\sqrt{\frac{a}{2}}} + \frac{1}{12}\boxed{\sqrt{\frac{a}{2}}} + \frac{1}{24}\boxed{\sqrt{\frac{a}{2}}} + \frac{1}{48}\boxed{\sqrt{\frac{a}{2}}}$$

Si sit hyperbola, pro $+$ adhibendum $-$. fietque[:]

$$a^2 \qquad \frac{a^2}{1} \qquad \frac{a^2 - \frac{a^2}{1}}{2} \qquad \frac{a^2 - \frac{a^2}{1} - \frac{a^2 - \frac{a^2}{1}}{2}}{3}$$

8 Porro: s. o. N. 40_1 S. 660 Z. 5 f.



fig. 1.

[*Fig. 3*]



fig. 2.

[*Fig. 4*]

Si sumatur non asymptotos ut fig. 2. sed axis hyperbolae, vid. fig. 1. pro directrice, applicata omnium minima sic habebitur[:] $2ax + x^2 = y^2$, vel $\sqrt{2a+1} = y$. cum in parabola sit $\sqrt{a} = y$. In circulo erit $\sqrt{2a-1} = y$. Porro $2al \mp 2xl = 2y^2$, fiet $l = \dfrac{y^2}{a \mp x} = \dfrac{2ax + x^2}{a \mp x} = x + \dfrac{ax}{a \mp x}$.

Ergo posita $\sqrt{2a \mp 1} = y$, fiet:

$$y \qquad \frac{y \frown a \mp 1}{2a \mp 1} \qquad \frac{y + \dfrac{y \frown a \mp 1}{2a \mp 1}}{4a \mp 2} \qquad \frac{y + \dfrac{y \frown a \mp 1}{2a \mp 1} + \dfrac{y + \dfrac{y \frown a \mp 1}{2a \mp 1}}{4a \mp 2}}{6a \mp 3} \qquad \text{etc.}$$

Quoniam autem differentiae in distantias a vertice 1. 2. 3. 4. ... ductae dant summam complementi figurae, hinc[:]

$$y \qquad \frac{y \frown a \mp 1}{2a \mp 1} \qquad \frac{y + \dfrac{y \frown a \mp 1}{2a \mp 1}}{2a \mp 1} \qquad \frac{y + \dfrac{y \frown a \mp 1}{2a \mp 1} + \dfrac{y + \dfrac{y \frown a \mp 1}{2a \mp 1}}{4a \mp 2}}{2a \mp 1}$$

Complementum circuli aut hyperbolae latus rectum transverso aequale habentis ad quadratum circumscriptum.

2 *(1)* An fortasse comparatio *(2)* Si L

6 fiet: Die Nenner in der Folge sind bis auf den Nenner des zweiten Gliedes unrichtig: anstelle von $2an \mp n$ müsste es jeweils $2an \mp n^2$ heißen. Leibniz rechnet mit dem Fehler konsequent weiter.

Inventum hoc est universalissimum, cuiusque ope progressio ordinatarum cuiuscunque figurae exhiberi potest geometrice infinita serie numerorum rationalium, ita ut habeatur m e t h o d u s u n i v e r s a l i s, exhibendi quadraturas a r i t h m e t i c a s, prorsus exactas, et m e c h a n i c a s quantumlibet g e o m e t r i c i s propinquas, usui cuilibet suffecturas; data figura quacunque.

Hoc autem in qualibet figura succedere cuilibet manifestum est, quia in qualibet figura $\underline{l}$ exprimi potest fractione quam nulli ingrediuntur termini irrationales. At inquies interdum si alterutram indeterminatarum eleminare velis, non poteris carere terminis irrationalibus. Respondeo non esse necessariam hanc eliminationem, etsi quando fieri potest salva rationalitate, utilis sit. Quoniam enim ipsa y non variatur, contenti enim prima sumus, quam cognitam suppono. Caetera omnes ex ipsa pariter et x analytice componuntur. Opus autem est ad hunc calculum y p r i m a m assumere non minimam maximamque applicatarum, finitam, aut infinite parvam quoties illa non potest explicari, nisi per irrationalitatem; sed potius aliquam finitam, assumtam, pro arbitrio. Imo nil refert aliquando etsi eligas minimam vel maximam applicatarum, licet irrationales; quoniam statim eliminari potest, omnibus per eam divisis; quoties scilicet illa ex valore ipsius $\underline{l}$ eliminari potuit.

Q u a d r a t u r a a r i t h m e t i c a est aream figurae exacte ac geometrice exhibere infinita serie numerorum rationalium. G e o m e t r i c a ac plane perfecta est quadratura, quoties finita magnitudine exacte exhiberi potest area; denique m e c h a n i c a est cum area finita exhiberi potest magnitudine, cuius differentia a vera tam parva est, ut in praxi negligi possit.

Quadratura circuli arithmetica a nemine ante me data est, mechanica, quae ad partes quoque eius geometrice designabiles extendatur, ita absoluta.

Hactenus de arithmetica figurata tam multa post Diophantum scripta sunt, sed ita ut ultra quadrata, cubos, etc. tum trigona, pentagona, pyramides etc. breviter ultra figuras rectilineas itum non sit. At parabolam, hyperbolam, quod parum est, imo circulum et ellipsin repraesentare in numeris, et quidem non per approximationem sed exacte ac geometrice, imo generaliter omni figurae geometrice arithmeticam respondentem exhibere rationalem (nam irrationalem cuilibet facile quivis exhibuerit); res fortasse a nemine ne

15 aliquando *erg. L* 18 est *(1)* exhibere infinitam seriem *(2)* aream *L* 20 exacte *erg. L*
23 f. Quadratura ... extendatur, *(1)* a tabulis ⟨—⟩ *(2)* ita (*a*) per (*b*) absoluta. *später erg. L*

sperata quidem aut suspicione libata est. Adeo ut etiamnum plerisque impossibilem visum iri, non dubitem.

Vieta numerosam aequationum omnium resolutionem et expressionem mechanicam absolvit, et mathematicam practicam ingenti beneficio sibi aeternum devinxit. Restabat quadratura figurarum omnium arithmetica, et mechanica areae cuiusque expressio, sed methodo facili et universali. Huius ego problematis maximi, si quod aliud in geometria, si ad usum vitae inventa exigantur, detectionem mihi arrogare possum.

Sed hinc videtur sequi aliquid absurdum; nimirum seriem aliquam terminorum inter se asymmetrorum posse exprimi serie terminorum rationalium, homogenea. Exempli causa sinus circuli rectos seu ordinatas nemo negabit esse saepe sinubus versis, sive abscissis asymmetros. Sed credibile est portiones abscissas saepe esse abscissis asymmetras. Hoc tamen loco dicitur eas serie numerorum rationalium explicari. Sed respondendum est primum resolutione in minima facta rationalia ab irrationalibus differe non nisi magnitudine infinite parva; deinde considerandum est terminum cuiuslibet seriei (non infinite parvum) explicari aliis terminis infinitis in dimensiones usque infinite parvas usque extenuatis.



[*Fig. 5*]

Sit curva LD, cuius s i n u s (id est ordinata normalis) SL, abscissa AS, tangens TL, triangulum characteristicum GWL. Sique fiat ut ST ad SL, vel GW ad WL, ita recta quaedam constans alterius cuiusdam figurae eiusdem axis sinum respondentem

2 f. dubitem. *(1)* Stevinus *(2)* Vieta *(a)* numerosam aequationum omnium resolutionem primus absolvit *(b)* mechanicam aequationum omnium resolutionem absolvit *(c)* numerosam *L* 4 mathematicam *(1)* mechanicam ingenti *(2)* practicam *L* 10 saepe *erg. L*

